Signa Si do. dentiuz adest a cāis pmitiuis ex iudicio pa. et sodalium hūtur. vt qr iuit p loca fria niuosa vētosa pluuiosa capite discoopto. vel qr recepit ictum vel cecidit. et silia. ¶ Signa cārū āntiuz hūtur: qr nimis replet^o san. et alijs hu. Et si cā āns fuerit i capite: adest dol. ca. gūatiu^o: marie qn est mlta ma^a fria. Si ē a pplone sine ma^a: nō adest grauitas. Sz si ē a reu^c: illō sentit descēdere ad ptes subiectas: et do. sentit i tipore et i vijs p qs trāsit vsqz ad maxillas et dētes. Et verū dicit Bn^o de gordo^o qp do. dētiū vt plimuz fit ab isto reu^c. siue hu. ruēte a capite ad radices dētiū et carnes et neruos ad ipos directos etc. Si a sto^o fuerit cogscit p pturbationē et dolorē et grauitatē ei^o. ¶ Signa cārum piūctarum sic hūt Si do. ē in gigiua h pvisuz et tactū cogscit. qr gigiua ē apata vel isflata et iterdū repit vesica seu apa exteri^o vel iteri^o: supi^o vel iferi^o. et si tangat gigiua dolet itense. Sz si nō az apa vel vesica in gigiua: tūc cā do. ē in suba ossis dēt vel in neruis veniētib^o ad ipsorum radices vel ligamēta. Et h ē snia Serap. et Aui. Et cū h do. extendit vsus supi^o fm lōgitudinē dentis. Sed si cā ē in carne ptinēte dētē vel in neruo vel ligamēto tūc do. sentit i pfundo. Et si do. dent est a cā cal'a do. ē intēsus. et si ē a fritatē remissus. Et a cā hūida cū ma^a adest tumor et mltitudo salue. Et si a sicca: non adest tumor nec saliua nec pōderositas. Et si cā do. ē in dēte: si dens eradicet recedit do. h si do. solū ē in gigiua: nō recedit: nisi p accidēs rōne eūonis hu. et san. Et si ē a san. adest tumor et dolor pulsatiuus et calor. Et si a co. do. ē acut^o: pūgitiu^o et mordicatiu^o et fiūt tāq rabidi. et si ē fla: do. est remissus. albedo coloris in ore et partib^o ei^o et mltitudo hūiditatū ab ore decurrentiū. Et si mlia ē in cā: nō adest tāt^o do. et adest liuiditas in gigiuis et dētib^o. et al'n durities in gigiuis. Et si do. est a ventositate: tunc dol. mouet de loco ad locum: et adest pulsa^o et mallea^o.

Pronosticatio In passionib^o dentium nō affirmes te totalit scire medicinā cū q do. statim cessabit. qd si feceris ignomiosuz erit tibi et freqnter decipieris: marie in pn^o vel augmēto dum ma^a ē in fluxu. ¶ Scdo infla^o maxillarum in do. dētiū bo^m signū ē. qr ma^a q faciebat dol. exterius emittit et nā dimittit dētē et ligamētuz eius. ¶ Ter^o do. dent qn ē ab apate vel a ma^a cal'a: apud egrū ē magne reputatiōis: et apud vicios ē pue reputatiōis. qm vix plāgit eger: et rō ē. qr vix aliqs morit a do. dētiū. ¶ Quar^o ypo. in. 4. āpho. āpho. 53. dicit sic. Quibus in dentibus limositates fiūt fortiores et diuturnores fiūt fe. et cā āpho^i daf a Ga. i p^o. qr limositatis cā nimius est calor q hūiditas flāti ca deficcaf. h ille. Cōstat aūt qp a materia viscosa longiores fiunt fe. ¶ Quinto cuz cā do.

est in carne cōtinente dētes q̄ est pāniculosa vl' i neruo radicū ei⁹ vel ligamentis tal' do. est pūgitiu⁹ ⁊ extēsiu⁹. ⁊ trahit ex ocīs Ga^l. 2° de crisi. ca°. 12. ¶ 6° sciēdū ḟm Bñd. d. gordo⁹ valē tem virū. si in se. az ariditas oris lingue ⁊ dentiū: ita φ si dētes aliq̄l' pcutiant cum capite digiti: ⁊ sonant sicut lig^m tūc est pessimum signum: marie si alia mala signa subsequātur.

Preseruatio dentiū. Cāp aūt salubriū dētiū qdā sr cōseruātes sanitatē: ⁊ alie efficiētes. ⁊ iō dignitate ⁊ tpe pores erūt huātes efficiētib⁹. vt dicit Ga⁹. 3°. teg' cañ. ij. Et Haly. ɔcordat in 9°. Proīde dicam⁹ φ duplex regimē ptinet dētibus. qddā ē pseruatiuū: reliquū ē curatiuū. et p° de pseruatio ē dicēdū: circa qd aliq cañ. sr obseruādi Prim⁹ est φ ille q vult ɔseruare sanitatē suoꝝ dētiū caueat cibos corruptibiles. vt est lac pisces salsi: pisces pui: nā ista freqn ter recipiūt corruptionē vt dicit Aui. Et inf istos possum⁹ rafanū aggregare qd nō solum q2 in sto°corrūpif nocet dētib⁹ y° ēt in masticatiōe vt expientia demōstrat. ¶ 2ª regula est siue cañ. φ hō nunq̄ assuescat multitudinem nec diuersitatē ciboꝛuz: y° regaf moderate sic docēt autores. Et sic scripsi in li° de regie sanitatis. Et p̄cipue nō vtaf freqīi vomitu marie si illud qd vomit ē acetosuz. nā in vomitu res ⁊ hūiditates supflue expellunf: q̄ nocēt dentibus. Jō cautela ē φ p⁹ quēcūq̄ vomitū siue i egri° siue in latitudie sanitaf: φ lauet os cū vino vel aq̄ ḟm φ ɔuenit vomēti. ¶ Terti⁹ vt caueat res viscosas: vt sunt fruct⁹ fic⁹ sicce. ⁊ caueat dactilos mel coctū vsq̄ ad duricie ⁊ ɔfectiones q̄ fiūt cū melle. vt nuces ɔfecte ⁊ silia ¶ 4⁹ est vt caueat a freqnti fractiōe reꝝ durarū vt ossiuz auellanarū: ⁊ a tractiōe forti cum dētib⁹. ¶ 5⁹ est vt caueat res q̄ faciūt dētiū cōgelatiōne ⁊ stuporē. vt ē nix ⁊ aq̄ ei⁹ ⁊ res frie multū: ⁊ fruct⁹ acerbos. vt poma pira pruna sorbe nespula imatura ⁊ silia. vt ē acetositas limonis ¶ 6⁹ cañ. ē φ caueat ab oīb⁹ reb⁹ cal'is actual'r imediate postq̄ assumpserit res frias actual'r. ⁊ eꝯ. iō daf ɔsiliū φ q̄ sumit iussella cal'a vel alia viatica nō sumat potū frm: donec sumat buccellā panis inf vtrūq̄ masticādo. ¶ 7⁹ φ post cibū mūdenf dētes ne aliq ps ciboꝝ remaneat inf eos. q̄ frequens si fuerit nocebit dētib⁹ ⁊ gigiuis ⁊ in hyis corruptionē iducit ⁊ fetorē. sit tū talis mundificatio leuis ne pp mł'iam inqūtionē ⁊ ɔfricationē noceat gingiuis vt san. emittat. ⁊ ibi ꝑuocet hūo. vl' faciat ad dentiū cōmotionē, ħ leuit mūdenf ⁊ p° cū solo vino os suū colluat. ¶ 8⁹ cañ. ē φ caueat res q̄ sua ꝓpetate nocēt dētib⁹ vt sunt porri. ipsi eni dētib⁹ ⁊ gigiuis vehemēter nocent vt ponit Aui. Aliq eni ex istis ponit Ras in 4°. ad almāß. ⁊ trāsumptiue Aui. i. 3°. fen. 7ª. ¶ Adutoria āt singularia in ɔseruatione dētiū. Primū ē Auic. in loco p̄dicto ⁊ Ras ⁊ alioꝝ. ⁊ ē vt fricenf dētes ⁊ gigiue moderata frica° q̄ qdē frica° abstergit dentes ⁊ ɔfortat eos ⁊ ɔfortat carnē gigiuaꝝ. ⁊ pꝛhibet lapidificationē sup eos. Jsta āt fricatio dz fieri ḟm Aris. in de secret secretoꝝ. vbi loq̄f de regie sanitaf cū corticib⁹ arboꝝ seu arbustoꝛuz q̄ sunt cal'e. ⁊ sicce cōplonis ⁊ amari saporis in h̄ dōba. Deide exsiccabis dētes ⁊ gigiuas cū corticib⁹ arboꝝ cal'e ⁊ sicce cōplexiōis ⁊ amari saporis. ⁊ h̄ qdē mł'tū iuuāt. dētes eni mūdificat ⁊ eoꝝ duriciē lig̃facit. ⁊ deficcat liguam: ⁊ clarificat locutionē insup icitat desideriū comedēdi. Hec ille. ¶ Jn h̄ ɔcordat Aui. ⁊ multi alij. Et sunt tamarisc⁹ genesta p̄sidia ⁊ cortex arboris ei⁹ ⁊ cortex fraxini. Et vz fricatio cuz balausl ⁊ cū medulla p̄icorū ru. ¶ Scōm est 3uc. albissimū mix cū melle: si tñ dētes fricēf ⁊ strigit gigias. ⁊ postea iubet inūgere dētes cū oleo roß. i cā cal'a: ⁊ cū oleo de been i cā fria. ¶ Tertiū adiutoriū ē Auic. φ si aliqs colluat os semel i mēse cū vio decoctiōis raō titimal li: nō hēbit dol. dētiū teste Aui. Et cuz h̄ facit bonū oris odorē i vltio. ¶ 4^m ē. aduraf caput leporis: ⁊ cū illo puluere fricenf dētes ⁊ gigiue. ¶ 5^m ē φ sal ⁊ mel misceanf ⁊ adurant in testa. ⁊ cū illo puluere fricenf dētes ⁊ gigiue. vz ēt si nō aduranf: ħ nō tm̄. ¶ 6^m adiutoꝛium pseruati^m ē: φ mirra ⁊ alumē d pluma pulue rizata miscenf ⁊ fricenf ide dētes ⁊ gingiue. ¶ 7^m ē frica° cū lupinis nō dulciorat hn pul' uerizat. ¶ 8^m ē alumē assuz cū aceto mixtū ⁊ i de os colluaf ⁊ dētes fricenf. ¶ 9^m ē vi^m decoctionis saluie garga^m vl' acetū decoctiōis origa^l ⁊ mētast' faciēs fluere supfluitates oris p̄seruat ⁊ curat doloꝛes dētiū. ¶ Decimū adiuto^m i pseruatiōe dētiū ē dentifri^m Raß. 4. ad almāß. ℞. cornu cerui adusti. se. vl' saltē floꝛuz tamarisci cipi roß rub. spice^l. añ. ȝ. j. sal' gēme. ȝ. 5. ℞ pul' cribellat⁹ ⁊ cū eo dētes fricēf. ¶ Undecimū ē. si mirra coq̄f i vio ⁊ ide os colluaf: dētes valde ɔfortat: ꝓhibēdo coꝛruptionē eorū ⁊ strigēdo gigiuas: ⁊ remouēdo hūiditatē supfluā. ¶ Duodecimū est. ℞. ossiuz dactiloꝝ adustoꝝ corallī ru. añ. ȝ. ij. fiat pul. ⁊ ponaf in panno lineo cū quo madefacto in aq̄ roß. dētes fricenf, dealbat eos ⁊ cōseruat Fricentur

cū folijs oliue vel saluie. ¶ Decimūtertiū adiutoriū est: φ si frequēter hūiditates veniant ad dētes ꝛ gingiuas os φ ↄfortent retinēdo vinū stipticū decoctōis rerū stiptim ꝛ teneat regimē pſuatiuū a reumate. Nūc aūt ď ſcđo dicendū est ſcʒ de curatione.

Curatio doloris dentiū ↄsistit in ↄside ratōe cārū pmitiuarū añtiuʒ et ↄiunctarū. Causis pmitiuis ↄsideratꝭ totalis reductio ad sanitatē debet p ↄtrariū illiꝰ cāe pmitiue. ¶ Causis aūt añtibꝰ debet dīnutio ꝛ remotio in pte ꝛ ħ paulati. Cāis aūt ↄiūctis debet totalis remoꝰ cū mēꝰ vl' mēbroꝝ alteratione. Et si ſit a cōicatōe alicuiꝰ mēbri: ab illo mēꝰ mādante fiat diuersio māe ꝛ euacuaꝰ ꝛ cū hoc ↄfortent dētes ꝛ ptes circūuicine: ne recipiāt tales supfluitates. Et hec sūt curatiue intētiones. ¶ Post ħ fit alia intētio alteraꝰ mē' qñ nō adest mā. Posito igit φ fiat a frigido exteriori malā ↄplōnē frigidā introducēte. tūc infirmꝰ ↄstituat in loco cal'o: ꝛ sup maxillā ꝛ caput ponant pāni cal'i donec calitas interius sentiat penetrasse. Deinde vngat dcē ptes cū oleis cal'isvt ē camo. rutam ꝛ de beēt ď castoꝰ ꝛ oleo de neridē: ꝛ ē spicacela. Et si dolor dentiū sit pptea qr sūpsit in ore res multū frigidas vt nix vel glacies vel aquā niuis ꝛ silia: tunc eadē olea valēt. ꝛ tūc ſt colluꝰ cū rebꝰ cal'isvt vinū pmo tepidū. deinde calm: vt nō fiat subita mutatio. Nō eñ sustinet nā repētinas mutatōes. 3. teg. cañ. 54. ¶ In isto etiā cāu ↄfert vitellū oui cocti sub cineribꝰ indurati: si cōprimat sup dētē dolētē. Et vʒ a pte exteriori saccellaꝰ calefacꝰ cū lana succida calefcā. si a pte exterior supponat: ꝛ teneat ita oleum cal'de ↄplōnis ꝛ actualr cal'ni. Si do. dētis est ppt malā ↄplōnē cal'am a cā pmitiua introducta pmo colluat os cū oleo frigide ↄplōis. sit tū tepidū in pncipio: deinde sit frm actualr. Et ħ est via ꝛ snia aui. vt est oleū saliç. oleū papa. oleū roſ ꝛc. Idē possumꝰ dicere de coctōibus rerū frigidarū φ pmo āmistrant tepida: deinde frida actualr. Res eñ cal'e actualr āministrate apiendo poros viā parāt fris alterātibus supuenētibꝰ ꝛc. Si aūt fuerit cā doloris mala ↄplō sicca impropē loquēdo tūc vʒ butirū ꝛ adeps anatis ꝛ galline ꝛ decocꝰ maluaꝝ cū oleo cōi vel oleo amigď dulci. colluēdo lauādo emplāndo. Si est a mala ↄplone hūida desiccet cū rebus desiccātibus. vt est alumen sal cōis torrefactꝰ ꝛ cū gall' ꝛ balaustijs ꝛ alumine de pluma. ꝛ cū eis q dicta sūt in. c. de fluxu saliue. ¶ Ista aūt remedia hñt locū tā i cā pmitiua φ in ↄiuncta purgata maa si adest. Et si sint cāe pmitiue: ↄsiderent ꝛ remoueāt. Cōsideratio cārū añtiū iuuat nos in dīnuēdo ipas. ꝛ tūc venit ſcđa intētio. ſcʒ eūo san. vel alioꝝ hu. siue sit do. cū apate siue sine apate. Si g videt φ do. dentiū sit cū multitu' sang. tūc ille dīnuēdus est cū flōia de cephaa eiusdē ptis. ¶ Deinde fiat flōia de venis q sunt in labijs a pte interiori. s. de supiori labio. si dol'. ē in supiori maxilla vel de inferiori labio si do. est in inferiori maxilla. Deinde flōet de vēis q sunt sub lingua. ꝛ ponant ſcđo vētose cum scarificatōe in initio spatularū. Si vo videt supabūdare hu. cholericꝰ: purget subito cum elecꝰ de succo roſ ꝛ cū cassiaſt. ꝛ tamarindo. mirab. cit' ꝛ silibus. Et si sint hu. grossi purgent cū diaturbit ꝛ yeraa acuata cū pulpa coloqne vel cū pillis dictis in. c. de surdie. ¶ Et tunc si adest apa in gigiuis ꝛ in carnibꝰ earū. i pnꝰ teneat in ore res infridātes: sic sūt succi fridi sic lactuce portulace ende ꝛ siliū. vel teneat in ore aquā cū aceto mixtis cal'is sm' debee. vel aquā plantag roſ. vel aquaʒ lactuce. Et si in aliq de istis dissoluat parū de cāfora: magi infrigidabit. Vel teneat in ore oleū onfann vel roſ. ꝛ ista teneant in ore in pnꝰ vsqꝫ ad tīuʒ diē. tūc addant aliq resolutiua ꝛ maturatiua vt ē decocꝰ orobi caricarū ꝛ passꝫ fenug' et se. lit. ꝛ ista sint actualr cal'a vel tepida. Et comedat res q ptim maturāt ꝛ ptim resoluūt sicut dictū est in. c. huiꝰ ſcōi li. de apate lingue. Et si p ista nō sedat do. adde opiū in pua qtitae cū rebus supdictis. Et si videris tumorem in gingiua siue exteriꝰ siue interius post duos vl' tres dies apias cū lancea vt inde fluat sang. ꝛ hūiditas. ꝛ statim cessabit do. ħ aūt freqnt exptus sum ꝛ bñ me repi. Immo etiā scarifiꝰ gingiue post vlia manifeste iuuat in do. dētiū mali: qr tūc est tps euacuādi ꝛ resoluendi per eandē ptē: qñ plectoria ꝛ cā añs est remota. Si do. dentiū fuerit a cōitate aliciuꝰ mēbri. tūc illi mēbro remem adhibeat diuertēdo materiā euacuādo ab eo. Et istud idē mēm ↄfortetur post eūonē māe: ne ab alio corpis mēbro recipiat supfluitates: ꝛ ↄfortet dētes ꝛ gingiue ꝛ ptes oris ne recipiāt māʒ ab 1ꝰ mēꝰ mandāte. ſt g flōia de vēis q ab illo mēꝰ euacuant Et vtat medicis q māʒ diuertat vt sūt clistea ꝛ farinaa ꝛ sit studiū tuū in mūdificatōne sto' cū medicamie amaro: vt cū aloe. sic dic Iob. serap. vel purget cū pillis stomatiq ꝛ si venerit mā a ca. purget cū pillis aureis vl' cū pillis sine qbus esse nolo ꝛ silibus. Et post ista vēit

tertia intẽtio scꝫ ↄfortare mẽbrũ. Confortet
igit̃ mẽbrũ dẽtes ⁊ gingiue ⁊ nerui ⁊ ligañta
dẽtes ↄtinẽtia ꝑ hũc modũ. ℞. folioꝝ mente
folioꝝ oliue viridiũ si inuẽiri pñt. añ. ʒ. j. rob
ru. mirtilloꝝ folioꝝ sumach ⁊ berberis ⁊ fru-
ctus añ. ʒ. ß. ↄq̃ssent̃ ⁊ bulliãt in vino stiptico
⁊ teneãt in ore. Aq̃ solatrͥ aq̃ plantag̃ aq̃ virge
pastoris multũ valẽt in hac intẽtõe. Aq̃ deco
ctõis ꝑsidie ⁊ balaustiarũ vꝫ. ⁊ si cũ istꝭ aq̃s di
stillatis misceat̃ acetũ decoctõis mirtilloruꝫ
multũ vꝫ. Ad idẽ galle lẽtes excorticaͤ cortex
nespuli ⁊ sorbe de q̃libet. ʒ. j. coq̃nt̃ in vino ⁊ i
ore teneant̃: ⁊ os colluat̃: ⁊ succꝰ spuine vꝫ. De
rebꝰ etiã sup̃dictis ꝑ saccul' et dolẽti denti a
ꝑte exteriori applicet̃. Ad. idẽ ℞. nucꝭ ⁊ folioꝝ
cipssi cupuloꝝ glandiũ folioꝝ sauine añ. ʒ. j.
coquant̃ in aceto ⁊ teneant̃ in ore.

Curatio doloris dentꝭ hĩta ↄsideratõe ad cãm ↄiunctã ⁊ venit tunc
quarta intẽtio. s. euacuare mãm ↄiunctã: si q̃
adest maª: vel alterare malã ↄplõnẽ si est sine
maª. Et multi sunt modi ad euacuandũ ⁊ re-
soluendũ illã mãm. quoꝝ Auic. in. 7. 3ͥ. ponit
aliq̃s modos et nos illos quos ponit auic. et
alios q̊s alij ponũt ponemꝰ aliq̃n ad euapan
dũ: aliq̃n dolorem mitigandũ sine euapatõe.
Vñ dico ꝙ hec ↄiũcta maª põt euacuari ali-
q̃n ꝑ scarificatõeꝫ gingiuarũ ⁊ ꝑ appositõem
sanguisugarũ circa radices dẽtis. Alij modi
sunt colluº: gargaª: linimẽtũ ẽplm̃ seu epithi
ma: fricaº caputpurgiũ: saccellaº: sinapizatio
suffumigatio ⁊ instillatio in aurẽ impletõ fo
ramĩs stupefactio ⁊ cauterizaº q̃ debẽt eẽ vlti
ma in casu q̊ sup̃dicta nõ sufficiãt. Et de istis
fit mẽtio aliq̃n ad resoluẽdũ: aliq̃n ad repcu-
tiẽdũ ßm suos modos. aliq̃n ad alterandũ ali
q̃n ad diuertendũ. ⁊ ꝑ̊mo de colluͤ. Colluº in
cã cal'a. ꝶ ꝑ̊mo cũ oleo tepido fr̃e ↄplõnis. de
inde fit actual'r frm̃. ⁊ q̃n est a fr̃o tũc colluat̃
seu lauet̃ os cũ tepido cal'e ↄpl'ois. Oleũ aũt
frm̃ est oleũ rob onfancinũ nenuf. oleũ saliꝗ
oleũ de papa. olea cal'a sunt camo. rutaceum
oleũ de beẽ. oleũ costiᵐ. oleũ de neriden ⁊ est
spicacelª. ⁊ filia. Colluº aceti in q̊ decoctũ sit
spolꝭũ ßpentis vꝫ. Colluº aceti decoctiõis pul
pe coloq̃ntide vꝫ multũ ßm aui. Et q̃n frigꝰ ẽ
mãifeste fiãt dicte decoctões in vino. Colluº
cũ vino decoctõis piretri stafizaͤ assef. cortiꝗ
caparis cortiꝗ piͥ folioꝝ ebuli polij montani
cortiꝗ rafani folioꝝ lauri gith nigelle: ista ei
ↄiũctim vl' sepatim valẽt si cũ aceto decoctio
nis eoꝝ os freq̃nter colluat̃. Radix cucu. asiͥ
sansucꝰ. decoquãt̃ in aceto. cicuta silr. Colluº
quã ponit Ryrãnus q̃ nõ finit dẽtes corrodi
⁊ corrosos sine dolore ßuat. ℞. mediaͥ cortiꝗ
mori arboris. ʒ. iij. 3ꝫͥ nõ ꝑforati. ʒ. ij. coquãt̃
in aceto optimo vsq̃ꝫ ad ↄsumptõeꝫ medieta
tis ⁊ inde os colluat̃ mane ⁊ sero. Colluº cuꝫ
sola aq̃ ardẽti iuuat in cã fr̃ia si tribꝰ diebus
ↄtinuet̃. Colluº cũ succo acetose ↄfert dolori
dẽtis a cal'itate. Radix edere arboree rad̊ dip
taͥ ⁊ folia oliue coquãt̃ in aceto ⁊ os colluat̃.
Idẽ põt fieri de radice vrtice ⁊ saluie. In cau
sa fr̃ia vꝫ vinũ alũinatũ. Colluº aceͥ decoctõis
rad̊ titimali ita cal'a sic põt sustinere vꝫ. Vlᵐ
decoctõis elſi: caue ne q̃cq̃ deglutiat̃. Colluº
aceti mixti cũ melle ⁊ sale cal'i iuuãt si diu in
ore teneant̃. Cornu cerui vstũ ⁊ cũ aceto sq̃lli
tico coctũ ⁊ diu in ore retẽtũ vꝫ. ¶ Gargaª ad
dolorẽ dentꝭ põt fieri de eisdẽ de q̃bꝰ fit colluº
ßm Rab. gargaª cũ aceto decoctõis piretͥ ori
gani mẽtastri vꝫ gargaª solius aceti cum sale
ßm Constãtꝭ. Aliud ßm ipm̃. ℞. stafizaͤ piretri
ell'i albi ⁊ nigri. añ. ʒ. ij. puluerizent̃ ⁊ coquãt̃
in aceto ⁊ ꝶ gargaª. ¶ Aliud ℞. rad̊ capparis
ʒ. ij. coloq̃ntide. ʒ. j. bulliãt i aceto ⁊c. ¶ Liniº
Linimẽta fiũt tñ circa dentẽ dolentẽ cũ suc-
co solatri vl' spuine: vl' portulace vl' scariole. ⁊
ista ad alterandũ vel refrigerãdũ vel opium
dissoluat̃ in oleo rob. ⁊ limat̃ dens ⁊ partes
vicine. vel ꝶ linimentũ cũ succo iusquiami. et
ista ad remouẽdũ sensuꝫ ⁊ stupefaciẽdũ. ¶ In
cã aũt fr̃a fit linimẽtũ cũ yerapª mixta cũ pi
retro puluerizato vel cũ tiriaca: vel cũ metriº
vel cũ aq̃ ardẽti mixta cũ piretº. Liniᵐ de bñ
dicta mixta cũ pul'. sinap̃ ⁊ stafiª vl' piͥ apiẽdo
poros facit fluere hu. ⁊ dentiũ tollit dolorẽ si
ↄtinuet̃. Vel ꝶ hº liniᵐ q̊d ponit rab. ℞. piretͥ
sinap̃ cẽtauͤ pipis mirre 3ꝫͥ. añ. ʒ. j. ꝶ pul'. ⁊ mi
sceat̃ cũ aq̃ ardẽti. ꝶ liniᵐ cũ pẽna vel cũ pan
no lineo. vel põt fieri fricaº vel epythima cũ
coto sup̃ rad̊ dentiũ. ꝑ̊us tñ colluat̃ acetũ de-
coctõnis origaͥ mẽtastͥ ⁊ piretͥ. ¶ Emplm̃ seu
epythiª ꝶ aliq̃n interiꝰ circa rad̊ dentium ad
apiendũ poros. ⁊ retinẽdũ mãm: sicut immeͤ
exẽplificatũ ẽ de mediͤ rab. Medulla ꝑsicoꝝ
terat̃ cũ sale ⁊ dẽs epythimet̃. vel fricent̃ rad̊
eiꝰ. Arsẽicũ misce optĩe cũ galbão ⁊ ꝶ capsula
sup̃ dentẽ dolẽtẽ. subtil'r tñ cũ cera coopiat̃.
Rab dic̃ ꝙ in cã cal'a q̃n do. post remeª auget̃
dissoluat̃ opiũ in oleo ro. in q̊ cotũ intingat̃:
⁊ dẽs ⁊ radix eiꝰ epythimet̃ a ꝑte extiori. Epy
thimet̃ maxilla cũ cera vel cuꝫ sordiͤ alueari
apũ. ℞. floꝝ camo. melliͥ sticad̊ arabiͥ ⁊ citͥ sã-
suci origaͥ añ. ʒ. j. ꝶ decoctio in vino ⁊ stupe in
eo madefctẽ ⁊ extorte sup̃ maxillã epythimet̃

vel spōgia hoc fit ad attrahēdū ⁊ resoluēdū materiā ad ptē exteriorē. ℞ piret^m cū cāfo^a cū pua terebētina mixta: ⁊ adhereat rad dentis. Si dolor nō cessat opiū cū sera gūmata ⁊ cāfora epythimet sup dentē. Tiri^a magna distēpata cū pauco aceto epythi^r vel extēdat sup pānū ⁊ epythimet dēs ⁊ gingiua. Sotira vz p eundem modū emplāta. Emplm ex filonio tollit dolorē dētis ⁊c. ¶ In cā cal'a f emplm supra dentē ex opio ⁊ iusqamō. Fricatio iubet fieri sup dolorē dentiū aliqn ad restau^m ⁊ hūectādū vt qn pcedit a siccitate f frica^o leuis cum butiro ad ipe galli^e ⁊ āseris. Sed in alijs cāis f fricatio cū dentifricijs q postea dicent. Bm aūt Rab vz fricatio circa radicē dētis ⁊ gingiue dolētis. ℞. piret' sinap cētauree pipis mirre añ. ʒ. ij. stafisa^e ʒ. j. f pul. ⁊ suauiter gigiue fricent ad apiendū ⁊ expellēdū hu. frm gssum pglobatū in radicib' dentiū ⁊ pprie fricatio tiriace metridati ⁊ filiū vz circa dētes dolentes ⁊ gingiuas. ¶ Sola fricatio dēt cū piret^o zz^e mixtis vz. Rab iubet fieri fricationē cum puluere pipis mixti cū melle. ¶ Se^e tiria^a rab p^o almāb cū qua dz fieri fricatio circa dentē ⁊ gingiuā in cā frida. ℞. assek pipis zz' storaq liqde opij añ ptes eqles plūr^a plūr^r ⁊ cū melle dispumato f medicamē cū q sepe fricet dentes ⁊ gingiue. fricatio in cā frida cū grossicie hūor bm constā^m fricū zz^e pul' mixto cū melle ⁊ si adest hūiditas multa cū fri^{ck} fic. ℞. pire' stafisa^e ysopi achori yreos siccor. añ. ʒ. j. fiat pul' ⁊ distempent cū melle ⁊ aceto ⁊ fricetur dētes ⁊ gingiue. fricatio leuis cū corticib' genestē tamarisci ⁊ capparis leuistici ⁊ mediani corticis fraxini ⁊ sorbe ⁊ cū psidia ⁊ balausti. vz ad pseruationē dentiū ⁊ gingiuarū. vz etiā fricatio cū pul' thuris ⁊ mastiq fricatio expta bm Aui. ℞. nucleor psicor. ʒ. ij. pipis tmdem fiat mixtu^a cū allitrā: qd ē pix liqda ⁊ fricet cū eis dētes. Nigella ptrita ⁊ pfecta cū oleo vz si fiat fricatio ⁊ linitio. Fricatio expta bm Auic. ℞. pipis piret' stafisa^e zz' añ. ʒ. ij. baurach qd est borax. ʒ. j. ⁊. b. f pul' ⁊ fricet ex eo dētes ⁊ gingiue ¶ Masticatio aui. ℞. mētast' mōta' piret' pipis. al. mirre añ. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ incorpent cū pasb mūd ab arill. ⁊ f trocisci ad modū auella^e ⁊ masticet vnus cū pte dolorosa solius piret' mastica^o iuuat ad dent dolorē origanū masticatū. idē facit cinamomū masticatū siliter. Masticatio iusellor ouor induurator sub cineribus iuuat in dolore dentiū a frigido exteriori vel interiori zz^r coquat cū aceto ⁊ masticet. mastix a' masticādo dicit vnde si masticet iuuat dētes ⁊ gingiuas et si addat parū de zz^e minuti inciso a pfundiori loco attrahit. pul' oim supictor misceat cum cera al. ⁊ parū de terebētina ⁊ illā cerā masticet dolēs in dētibus. ⁊ oia ista vocari possūt caputpurgia: qr caput purgāt. ⁊. vapatio fieri pōt in magnitudine doloris p. 2. horas āte cibū vel post cibū p. 4. horas. Nā aliqn fiunt euapatiōes ⁊ saccellatōes ad hoc vt materia attrahat ad genā ⁊ barbā ⁊ dimittat radices molariū. Cū em apat barba sedat dolor. Vba sunt auic. bm g rab in cā frigida f cū panico torrefacto vl cū milio ⁊ sale. ⁊ in hoc pcordat Auic. ruta coquat in vino ⁊ ibi stupe canabis imittant extorte maxillarib' applicent. decoquat camo. melli^m rose flor roris marini i vino ⁊ cū spongia vel stupa fiat euapatio vel saccellatio. vel pōt fieri saccul' de floribus et herbis calis q calefactus sup tegulā cādentē maxillarib' applicet: ⁊ cū eis pōt fieri fomētatio p pus. Sa. in passiona^o dicit. si dolor est sine cōmotōe ⁊ corrosione dētiū ex sacculo salis tosti regionē ex vapam': vt hu. frid' q est in ossib' vaporet. deinde decoctio vini cū ruta in ore teneat. hec ille. Fomēta^o fit bm Cōst^m ℞. ysopi piret' eil'i ni. cala' rad cucu. añ' radiq caparis añ. ʒ. ij. olei ⁊ aceti añ. ℔. b. coquātur vsq ad psumptionē aceti. ⁊ de isto fomentet exteri' ⁊ vna ps ei' mixta cū tmdē de ol'o ros ⁊ auri opposite iniciat. ¶ Instillatio in aurē fiat ista īstillatio īme^e dicta. alia instilla^o bm Serar^m cremo. in aure q est a pte dolēte: īstillet succ' blete aut cucu. agrest ⁊ tollit dolorē Succ' cicoree dolorē dētiū phibz. si p dextra dente in sinistra nare vel etiā aure fuerit immissus diascoris. Idē facit succ' rad affrodillor tepidus si auri oppo^e iniciat. Diasc. Suffumigatio linet vel inscidat vngula asinini ⁊ sup carbones ponat ⁊ p embotū fumū recipiat ⁊ vz. idē pōt fieri cū cepe aut cum sinapi aut cū ruta. Suffumiga^o fit circa maxillas cū decoctōe flor sticad. sansuci āthos ⁊ ruta ⁊ flor camo. ⁊ melli' ⁊ hoc fit in ingressu lecti. Per suffumigatōes occidunt vermes dentiū ¶ Ad remouēdū. imple^o. Implent aliqn foramina dentiū ad remouendū dolorē. aliqn ad pseruandū. aliqn ad vmes occidēdū. aliqn ad bonū anhelitū faciendū. Primo nigella pul^r ⁊ dēs pcauus repleat ⁊ tollit dolorē ei'. haly Ad idem ℞. piret'. ʒ. j. gūi armo^ci opij añ. ʒ. b. reple^r dēs. ptim em dissoluit ⁊ pti stupefacit. Impleat foramen dent de pipe cōtrito vel de mirra vel de sale vel de tiriaca. ℞. se. apij. ʒ. j.

opij iusquiami añ.ʒ.ij.aque decoctōis iusq̄a' quod sufficit.ꝶ pille ad modū ciceris.ꝛ iple dentē vel ponat̄ supra dentē in hora doloris et tollit dolorē infra mediā horā. Cum aceto decoctōis spolij serpētis colluat̄ os.vt dictū est ꝛ cuꝫ dicto spolio foramen impleat̄. Post mūdificationē dētis corrosi imple foramē ex gallia ꝛ cipero.valet in ꝓseruatōe ꝛ non fiunt dētes amplius corrodi. ¶ Cauteria ſm Haly aliq̄n fit cū oleo calīo per istū modū. ꝶ.olei oliue.℥.ij.harmel quod est se.cicute maiorāe. añ.ʒ.iiij.coque.ꝛ cū radio in quo inuolutū sit cotum:sup dentē pone ꝛ cauterizet̄.Aliō cauteriū fiat ſm ipm cū ſgula ferrea ignita per canulā ferri vel eris vſq̄ ad dentē.Et in isto casu ꝯcordant oēs fere. Itē pōt fieri totiens donec dolor recedat. Et hoc vult Rab.ꝯ° ad Almanß.ꝛ Aui.ꝛ Ga.in passio°ꝛc.Alia cauterizatio fit ſm plateariū:lignum fraxini vel cipressi vel iunipi vl' stipes origa'vel aliō lig^m^ ignitū ab vna parte tāgat dentem sepe. Et si dēs est pforatus:ꝑus impleat̄ cū tiriaca. dei de ꝑ modū dictum cauterizet̄.ꝛ hoc faciendū est donec calītas ad dentis radiceꝫ sentiatur penetrasse.Et ista valēt mirabilr in causa frigida.Auic.dicit ꝙ cauterizitio debꝫ fieri cum oleo cōi calīo vel cū oleo decoctionis rerū calidarū resoluentiū:vt cera vel pasta circūaptata oleum imitat̄. ¶ Stupefactio aliq̄n magnitudini doloris est necessaria ꝑcipue si reliqua nō ꝓsunt remedia. ꝶ. radicis iusquiami ꝛ coque sub prunis:ꝛ compme ipam calidam sup molarē cū pulpa digiti intus ꝛ extra : et tollit dolorē.opij.℈.j.storacis liq̄de.℈.ß. misceantur ꝛ ponant̄ in casula de cera ꝛ molari supponat̄. ¶ Medicine Auic.in ista cā frida ꝶ.se.iusquiami al.opij storaq̄ galbani añ.ʒ.ij piperis assei̇ añ.ʒ.j.fiat ex his colli^m^ cuꝫ rob ꝛ vino.ꝛ ponat̄ supra dentē dolentem. ¶ ꝶ. opij casto'añ.ʒ.ij.distēpent̄ cū oleo rob:ꝛ vna pars ponat̄ supra dentē ꝛ alia pars fiat liq̄dior cū dicto oleo rob.ꝛ partivbi est dolor immittat̄. Radix iusquiami decocta sub cineribus ꝛ pistata in casula de cera sup dentē ponat̄. Idem potest fieri de raō mādragore vel aliqua de dictis radicib⁹ cū se.iusq̄ami ī vino coquat̄.ꝛ in ore talis decoctio teneat̄:sed hoc non est bene securū ꝓ alijs dētibus. Fiat etiā suffumigatio per traiectoriū cū aliqua de rebus suꝑdictis. Filomū datū cū vino in pōdu in quātitate.ʒ.iij.ꝛ.j.ʒ.ponat̄ supra dentē. Et ſm Auic.dormiat pa.et maturat̄ egritudo et q̄escit dolor. Aqua infrigidata in niue vel puteo tēpe estatis vel aqua fontis viui in estate in ore retēta ꝛ sepe mutata stupefaciēdo sine nocumēto tollit dolorē ſm Auic. ꝛ intelligit̄ applicari nec cauteria nisi in casu:q̄ reliq̄ remedia nō ꝓsunt:q̄ multū nocēt alijs dentib⁹ ponit Auic auctē Ga.ꝙ epar stellionis vel la certe suprapositū denti tollit dolorē. Itē spolium ſpentis coctū in vino vel aceto vel oleo os inde colluat̄:ꝛ stupe intincte in eo maxill' applicent̄.tollit dolorem.Ad idem.adeps rane viridis que vadit ꝑ ramos arbor:si supponat̄ in maxilla.idē facit. istud aūt mag̃ facit a tota ꝓpetate ꝙ ꝑ qualitates.

Si dolor dentis venit ꝓpter vermes quod scit̄: quia dolor est remissus cum quadā titillatōe ꝛ pruritu:ꝛ ē cōtinuus.ꝛ si lauet̄ os cū aq̄ calida ꝛ pa. ponat̄ ad solem:videbunt̄ v̄mes:ꝛ aliq̄n in ꝯcauita^e^ dentis moueri.Tūc ꝶ.aloes.ʒ.j.mirre.ʒ.ß. iple foramen dentis. Itē lauet̄ os cū decoctōe pulpe colloq̄ntide. ¶ Itē fiat suffumiga° cum se iusq̄ami vel cū se.cepe vel porri.ꝛ post gargarizet̄ aqua calīa ꝛ ꝓiciat̄ illa aqua in alio vase pleno aqua frida. ꝛ apparebūt ibi v̄mes in sup̄ficie aque. Aliquādo lac titimali vl' succus ꝑsicarie missus infra foramē dētis occidit.v̄mes. Suffumigatio coloq̄ntide idē fac. Se.porri mixtū cum pice liquida ꝛ coloq̄nti^a^ ponat̄ sup carbones ꝛ fumus per embotū recipiat̄:occidit v̄mes ꝛ deijcit finalr. ¶ Si nō remouet̄ dolor iubēt autores ꝙ dens eradicetur:ꝛ fluat inde sanguis ꝛ humiditates superflue.ꝛ post lauet̄ cum vino tepido ꝛ sale. Fiat pasta ex farina ꝛ lacte titialli ꝛ ponat̄ supra dentem ipm frangit vt quidam dicunt. Ideꝫ facit adeps rane viridis arbor. Medicamen Alexandri:quod cito tollit dolorē. ¶ ꝶ.ʒ.dolsas allij oliba'.ʒ.j. stiptis mirte vel salti mirre.ʒ.j.et.ß.terant̄ ꝛ coquant̄ in aceto vſq̄ ad consumptionē medietatis:ꝛ taliter teneat̄ in ore. Alexander dicit ꝙ spoliū ſpētis incēsum tritum cum oleo incorporatū ad mellis spissitudinem si dens inde liniat̄ tollit dolorē. Acorus confert dolori dētis valde. Auic.in.2.cā intelligitur si coquat̄ cum vino vel ace°:ꝛ in ore teneatur. Allium decoquat̄ ꝛ assatū sedat dolorem dentis. Et collu° oris ex decoc^e^ eius confert dolori dentis ꝓprie cū olibano mixtū Condisum puluerizatū confert cuꝫ vino ꝛ pone sup dentem est vltimū.ſm Rab in diuisionibus ad remouendū dolorē dent̄ de cā frida Et a parte exteriori fomentetur maxilla cum

aqua calida decoctionis camo. Et strigat dēte res calīas. Uel pōt fieri euaporatio cū lana succida ꝛ oleis calīs. Oleū amigd̄ istilleẗ tepidum in aurem illius lateris. Rad̄ arnaglosse cocta in aq̄ mitigat dolorē dentꝫ Rafanū gallicanū mordeatur a dente dolente: ꝛ teneatur per spaciū inter dentes ꝛ sanabunẗ. Rad̄ millefolij masticata cum dēte dolente sto° ieiuno curat ꝛ sistit dolorē. Radix mori cocta in vīo cōtinueẗ per tres dies tollit dolorē. Kyrān⁹. ℞. radicis vrtice. ℥. j. piret⁹. ʒ. j. oquassata bulliantur in aceto: ꝛ sepe colluat os. Decoctio cipressi in aceto tollit dolorē. Galba^m ꝯfert dolori molariū ꝛ dēti corrosō subito. Aui. in 2°. in. c. de galba°. Acetū decoctū in testa coloq̄ntide. decoc° yreos: decoctio ysopi in aceto. decoc° origa⁹ ꝯfert dolori dentiū. Idem facit decoctio nigelle. Cortex pini decocta in aceto. Ruta cocta in vīo vel aceto vel masticata tollit dolorē dentiū. Auripig^m ꝯfert dolori dentium. nec ei īuenit par. itelligiẗ ꝙ mittaẗ in capsula alicu⁹ empli vel cere ꝛ supra dentem ponaẗ. Et assaẗ ipleaẗ foramen mole corrose ꝛ iuuat. ꝛ misce cū thure ꝛ fiat cupula supra dentē dolentē. Aui. in. 2°. Decoc° alūis cōfert dolori dentiū. Aui. ibidem. Aqua decoctionis mirab. cit⁹. detenta in ore valet. ¶ Hic est sciēdum ꝙ in applicatione istorum remediorum 4. generalia documēta a sapienti ꝛ diligenti medico debēt obseruari. ¶ Primum est ꝙ de istis que in ore ponenẗ siue sint ad cauterizādum: nihil penitus deglutiaẗ: marie q̄n me^e suspecte in dicᷓ medicis apponunẗ. vt est ell⁹ arsenicū vitriolū stafiza^a mandrag^a ⁊ usq̄am⁹ ꝛ similia. ¶ Scd̄m documentū est. vt q̄n ista remedia applicanẗ post pausā teneat os apertum vt saliua fluat q̄tum possibile est. ¶ Tertium documentū est: ꝙ si radix ell⁹ ni. vl̄ iusquiamus teneanẗ in ore inter dentes vel alie fortes medicine: ista nō apponanẗ nisi supra dentē dolentē ꝛ aliquādo circūuicini cum capsula de cera vel alterius rei iuxta posse custodiantur. nam ista dolorem remouendo nō solum dolētes imo vicinos frangere ꝯsueuerūt ꝛ deuastare. ¶ Quartum est: ꝙ illa que ministrantur ad resoluendum apiendum ꝛ ꝯsumēdum sint actualiter tepida vl̄ calida. Sed illa que dantur ad repcutiendum materiā in cā nimis calida vsq̄ ad. 2. vel. 3. dies sint actu frigida. Deīde ſſ. tepida: ne poros claudēdo materia interius recludatur.

c **Ommotio** dentiū aliquā do est a causa primitiua vt est casus ictus percussio obuiatio: qui postq̄ semel violenter commoti sunt: in illa commotione libenter volūt remanere: cum sint membra que cū alijs nō sint continua sed contigua: nisi succurraẗ eis cum auxilio medicine. Causa autem antecedens potest eē humiditas superflua in corpore vel in capite ꝛ in partib⁹ superiorib⁹. Causa coniuncta est humiditas mollificans neruos ꝛ ligamen^a ipsos dentes cum maxilla annectentia. Alia causa potest esse corrosio in radicibus dentium. Alia causa potest esse siccitas accidens propter defectum nutrimenti sicut accidit conualescentibus: etiam dentibus senum qui mouentur hinc ꝛ inde. Aliquando etiam cōmouentur propter defectum ꝛ corrosionem carnis circundantis radices eorum q̄ quidem caro apud Serap. vocatur alganini. ¶ Signa per causas possunt cognosci si perspicaciter considerentur.

Cura consistit in duobus. Primo in dieta. Secundo in medicis. Dieta seu regimen tale sit ꝙ non masticet res duras: imo comedat iussellas offas vel res teneras ꝛ sorbeat brodium vitellorum ouorum spissum ꝛ offas in eo ꝛ comedat risum ꝛ cibum: qui fit de carnibus inscisis minutum cum panis medulla ꝛ iure carniū ꝛ sic de alijs. Et dicit Serap. ꝙ precipiendum est infirmo ne multum loquatur ꝛ hoc propter ingressionē aeris frigidi. Et per eandem rationem eis precipiendum est ne dormiant ore aperto: nec agitent eos cum suis nec alienis digitis: quia lapsus semper augeretur. ꝛ similiter caueat ne cum lingua ip̄s impellat seu moueat. ¶ Posito igitur ꝙ fiat a causa primitiua: teneat regimen supradictum. ꝛ cum hoc fiant garga^a ꝛ sinapisationes de rebus stipticis frigidis si adest calor vel de stipticis calidis: si adest frigus que infra dicentur. Si vero fiat propter humiditatem imbibentem ꝛ mollificantem neruos ꝛ carnes: que sunt in circuitu dentium. Tunc ille diminuende sunt cum fleubothomia cephalice. Si adest calor vel humor sanguineus videatur abundare. Uel purgetur cum pillulis cochijs si est flegma. Et iniungenda est dieta subtilis vtendo cibarijs facilis masticationis: vt vitella ouo᷑ medulla panis. ¶ Et post amministrentur stiptica calida: vt est collusioris cum vino rubeo: vel nigro decoctionis foliorum ꝛ nucum cipressi et possunt addi cum istis folia et semen eius in qua est proprietas s̄m Dyascorꝯ consolidare ossa fracta ꝛ ossa cōmota Uel fiat sic. ℞. nucum foliorum ꝛ corticū cipressi añ. ʒ. ij. foliorū mente

mirtillorum.añ.ʒ.j. cimiⁿ torrefacti corticis thuris.añ.ʒ.j.fiat decoc° in vino ni.stiptico τ cum eo sepe os abluatur. Aliud medicamen. ℞.cornu cerui vsti mirre thuris corticis eius añ.ʒ.iij.incorporentur cum pice nauali vl' cū cera gūmata τ fiat capsula supra dentem cōmotum post collutionem cum vino supradicto vel cuʒ supradictis addatur sang.dra.mastix τ fiat pul'.qui sinapisetur radicibus dentium frequēter. Stiptica autē cal'a sunt labdanum thus cortex eius cimiᵐ torrefaᵐ se.nasturci torrefacᵐ aniᵐ torrefacᵐ alumē pix ni. mirra sal tostum cortex τ folia cipressi cortex pi⁹ mastix absinᵐ sarcocolla classa scriptorum Stiptica autē frida sunt psidia balausta cortex τ folia τ fructus nespuli τ sorbe τ citonij a cassia licium galle sumach spoᵐ rosa sandal⁹ cacabre ossa mirab. τ dactil'.cortex castaᵉ.fructus ypoquisti.terra sigillata bolus ar⁹ berberis cornu cerui vstum conche marine asse. Istis autem medicinis debemus vti qñ cā est calida aliquādo tamē de cal'is miscēda sunt τ econuerso. Et pñt ministrari colluendo gargarizando epithiando sinapizādo.τ ƀm alios modos quos dicimus in dolore dentium. In causa aūt nimis humida multuʒ valet alumē arsum τ sal torrefactum. q2 purgant faciēdo currere saliuā τ cū hoc stringunt τ calefaciūt Post ista vtatur pa.dentifritio Aui. qd valet ad cōmotionem dentium τ sanitatem eorʒ cōseruandam τ ad fetorem anhelitus.℞.ciperi ros.ru.spice'sal' gēᵉ fructus tamarisci vl' foliorʒ ei⁹ cornu cerui vsti añ.ʒ.ij.vini ru.qd suff. ℞.trocisci vel pul' addendo dē zuc.in parua q̄titate. Haly addit huic medicine ossa mirab. adusta. Quando autem dentes cōmouentur propter diminutionem carnis gingiuarʒ.tūc alumen de pluᵃ τ balaustia τ sumach de quolibet.ʒ.ij.lig' aloes ciperi de quolibet.ʒ.j. fiat puluis τ dentes fricent' inde. ¶ Aliud medicamen ƀm haly ad debilitatem dentium τ cōmotionem.℞.fructuuʒ vel foliorū tamarisci galle ossium mirab.cit'. torrefactorū.añ.ʒ.ij. balaustis ros.ru.sumach.añ.ʒ.iij.τ ß. cipulorum glandium mirtillorum arillorūʒ añ.ʒ.ij. cinamo'.ʒ.j.τ ß.fiat pul' τ dentes fricentur.

p

Putrefactio τ corrosio in dentibus accidit pp humiditatem putrefactā in eis τ circa ipsosq; alteran° putrefacit τ corrumpit substantiam eorum.

Cura Prima intentio circa dētes putrefactos est eos custodire:ne ampli⁹ putrefiant.τ hoc fit per purgationem materie antecedentis:sicut dictū est in dolore dentium.secundo per euacuationem materie coniuncte sicut ibidem dictum est. Hec etiam intentio completur per ea que dicta sunt in capitulo de preseruatione dentium post illa omni hora post cibum foramen dentis corrupti mundetur a cibis retentis deinde cum vino colluatur os. Medicaᵃ autem que prohibent putrefactionem τ corruptionem dentiū: sunt medicine sicce:sicut est liciū thus menta mirtilli spica celtica gallia mus.per se vel mixta cum cipero prohibet corrosionem τ sedat dolorem. Mastix ciperus mirra galle virides terebentina piper nigella sulfur ʒʒ' coctum cuʒ aceto τ melle est vltimū ƀm Aui. Item assaf. cum pice liquida. Istis enim debet ipleri dēs corrosus vel circa ipsum debent apta' vel cuʒ eo masticari τc. Assaf.conquassata cum cera τ bullita superposita impleto foramine est vehemens ad sedandum dolorem. Licium mixtum cum dragagan° vʒ. Dicit Aui. ꝙ implere dentem corrosum de camphora expertum est τ multi iuuamēti in prohibendo ne dens amplius corrodatur. Ego dico tibi ꝙ non solum dens τ gingiua a cāphora preseruantur a putrefactione:imo etiaʒ omnia mēbra corporis imo etiaʒ hu.ideo cōpenter ministrari potest contra morbos epidimiales.sicut dicit Haly. in 3°.teg'.cōmento.196.ibi Alteratur. Et cum ƀ tollit dolorē. Fiat collu° quā ponit Rayrā que non sinit dentes amplius corrodi.τ posito ꝙ sint corrosi:eos sine dolore τ āpliori corrosione conseruat.℞. mediani corticis mori arboris.ʒ.iij.ʒʒ' non perforati nec corrosi.ʒ.ij. coquantur in aceto forti vsq; ad ɔsumptionē medietatis.τ cum isto colluatur. ¶ Aliud medicamen Auicen.℞.casto' piretri opij galba' añ.ʒ.j.fiat epithima aut capsula supra dentē. τ fiat sicut dictum est in cap'lo de dolore dentium ibi.scʒ imple° τc. Et ipleatur dens sicut ibi dictum est. Cirurgici iubent ipsum limare τ scalpere. Et bene quidēʒ τ maxime illud qd corruptum est τ fedi coloris existit. ¶ Aliud solēne medicamen.℞.cardamo' piretri pipis ni.mirre baurach.añ.ʒ.ß.terebentine qd sufficit ad incorporandum. Fiat mixtura: q̄ foramen ipleatur.τ fiat etiam capsula vel epithima supra dentē. ¶ In oibus istis obseruanda sunt quattuor generalia documēta dicta in fine remediorʒ contra dolorem dentium. Solū alumē arsuʒ est magni iuuamēti in exiccādo superfluitates currentes ad dentes τ gingiuas

¶ De alteratione colorum dentium

a Alteratio colorum dentium. Cause huius aliquando sunt exteriores aliquando interiores. Exteriores ut sunt linimenta collusiones cum rebus coloratis vel longus usus alicuius cibi colorati. vel fit propter contactum seu masticationem cum eis in aliquibus rebus fedis: ut sunt coria preparata cum pinguedinibus: sicut faciunt cerdones. Et dicitur etiam quod illi qui fuerint usi cibis elixatis in cupro: habebunt fedum colorem dentium. Omnia enim metalla preter solem et lunam habent in se scabiem et rubiginem que cibi in eis preparati inficiuntur: que etiam inficiunt dentes: que de sui natura albi sunt et lucidi. Aliquando fit fedus color in dentibus lapideus circa radices dentium et super ipsos generatus. Causa interior potest esse mala materia corrupta penetrans in substantia dentis. que alterat colorem eius ad suum proprium vel utplurimum ad viridem vel aliquando est mala materia aliunde veniens: que exteriores partes turpi colore fedat.

Signa Si viriditas vel alter fedus color fit in dentibus propter causas exteriores ex iudicio patientis habetur. Si propter causas interiores: hoc scitur ex defectu aliorum: et quia homo cacochimicus: que forte fuit usus fungis et cibis corruptis et immundis.

Curatio Si propter causas extrinsecas ille removende sunt et cibi prohibendi qui faciliter corrumpuntur. Deinde fiat remedium infra dicendum. Si fuerint lapides illi removendi sunt cum sarculo de calibe puro et abradantur paulatim una die post aliam. Deinde cum dentifriciis que partim sunt stiptica partim mundificativa. fricentur etiam dentes et frequenter laventur cum vino albo et sale torrefacto fricentur. Si fuerit propter malas humiditates et corruptas: tunc purgetur mane annis a toto capite. Deinde curemus dentes cum medicinis exsiccativis: quoniam isti non recipiunt hanc egritudinem nisi ex humiditate mala que currit ad eos. Verba sunt Jo. serap. in. c. proprio. Illa quoniam mala humiditas suo contrario indiget medicari. Et quasi ista cura convenit cum cura pforationis et corrosionis. sicut ipsemet dicit dentifricium Aui. Rx. spume maris salis torrefacti se. nasturtii torrefacti. ... ostreorum combustorum rad. canne adusté aristolochie ro. ordei adusti sal gemme cupulorum liaciarum adustorum ana. ʒ. j. fiat pulvis. et cum isto pulvere fiat fricatio super dentes. Dentifricium aliud secundum descriptionem propriam que dentes albificat ipsos confirmat et gingivas stringit et liositates removet et flat desiccando humiditates oris superfluas tollit. ¶ Rx. cornu cervi usti donec albescat cortice malorum granatorum adustorum lane sucide adusté ana. ʒ. ij. masse cuminis vel saltem rasure potorum de malaga lapidis cum quo raduntur pergamena spice ana. ʒ. ʒ. fiat pulvis cribellatus. Et cum operari volueris accipe peciam puram scarlate: in cuius medio pone parum mellis. et super mel de dicto pulvere misce: et plicata scarlata liga cum filo: frica dentes ore prius loto cum vino al. cal. vel miscetur de dicto pulvere. aliquantulum ps zuc. candi. et sine scarlata fricentur dentes et iterum laventur. Si passio est antiqua et mala multa et radicata: debent addi cum dictis absterssiuis res acute: que magis attrahant a profundo: ut est piretrum piper metastrum costus stafisagria ʒ. s. et aui. addit assam fetidam. Haly in. 5. li. 2. partis regalis dispositionis dicit sic. ¶ Rx. farine ordei distemperate cum melle. et in loco salis communis pone salem gem. et postea adusté palee ordei ana. ʒ. ij. spume maris thuris adusti ossium cac. mari. testarum corticum ouorum adustorum. ana. ʒ. j. et ß. fiat pulvis cribellatus et dentes ibi fricentur: quoniam hoc dentifricium elimat fortiter. ¶ Aliud ibidem. Rx. epythimi absinthii adusti mirre pumicis cornu cervi adusti salis gemme ana. ʒ. j. rad. canne adusté folii fracture sive rasure potorum de malaga ana ʒ. ß. fiat pulvis. et dentes inde fricentur. Sal gemme et farina ordei equaliter cum melle distemperentur et adurantur. Et de isto Rx. rad. canne adusté testarum ouorum sturcii vel saltem galline ana. ʒ. ij. baurach fractu re potorum de malaga ossis sipie ostracorum adusto rum marinorum al. arillorum arsorum ossium mirab. adustorum ana. ʒ. j. fiat pulvis. et frica dentes et sinapizetur gingive et addatur folii spice. ¶ Dentifricium magistri arnaldi de villa noua pro reginis et nobilibus: cum quo dentes albificantur et confortat gingivas et corrosas sanat regenerando carnem et rubiginem et putredinem removet. Rx. gariofili nucis mus. cinamomi spice folii mastices panis ordei ut superius preparati ossis locuste piscis combusti ossium dactilorum et mirab. et oliuarum combustarum ana. ʒ. ß. spongie marine pumicis ossis sipie marinorum piperis al. et sinapi ana. ʒ. ij. fiat pulvis. et fricentur dentes. Aliud pro magnatibus. Rx. coralli al. et ru. margaritarum ana ℈. j. conchee de nacra vel ostracorum adustorum porcellane marmoris albissimi fi. vel alabaustri ana ʒ. ß. aluminis arsi salis gemme rad. canne adusté spongie sanguinis dra. al. et muscatelli salis torrefacti. ana. ʒ. j. aluminis de pluma. ʒ. j. et ß. cinamomi. ʒ. ij. spice. ʒ. j. zuc. candi. ʒ. ß. fiat pulvis. dentes enim albificat et prodest etiam gingivis.

b Debilitas dentium. Aliquando dentes necario debilitantur cum res alicuius duriciei masticare non possunt. imo de facili cum egrotant et dolent. Et causa in isto est quasi eadem cum causa commotionis. et aliquando accidit decrepitis: et tunc est irrestaurabilis etc.

Cura aũt eadẽ ẽ sicut in cõmotiõe dẽtiũ q2 op3 desiccare hũiditates supflu as exĩtes ppe radices eo2 ⁊ in ligamentis ⁊ neruis q̃ sunt ppe ipos ⁊ ɔñr dicte ptes ɔfor tãde sunt: vt dẽtes stringãt: ne dictas supflui tates recipiãt. Ad qđ v3 tale medicamen. ℞. gallarũ viridiũ nõ pforatarũ ad mag' strin gendũ. ⁊ gallarũ siccarũ pforatarũ ad magis desiccandũ alũis de plũa alũis arsi sal' torre facti ad desiccãdũ ossiũ mirab. citrino2 adu sto2 balaustie rosarũ ru. sumach cupl'o2 glã diũ mirtillo2 arillo2 ⁊ nuc̃ cipssi. Ista ad stri gendũ ⁊ ɔfortãdũ ⁊ exsiccãdũ pipis 33' piret' stafisa ͤ ad calefaciẽdũ desiccãdũ ⁊ penetrãdũ ãñ. ℥. j. ℞ pul'. cũ q̃ sepe dẽtes fricent. Iste eñ pul' ptim apit ⁊ dissoluit ⁊ acuit flã: vt facilꝰ expellat ⁊ ptim calefacit ⁊ pti ɔfortat dictas ptes. ⁊ cũ hoc pseruat dẽtes a putrefactõe et gingiuas a corrosione ⁊ dẽtes a cõmotione. ¶ Aliq̃ eñ ps pul' sup̃dicti coquat in vino et sepe illud viñũ in ore teneat. ⁊ v3 dẽtibꝰ q̃ ex facili cã patiunt ⁊ ad alia sup̃dicta.

t Indebita elõgatio dẽtium fit vtplurimũ in dẽtibus anterioribus ⁊ i alijs etiã qñ suũ par deficit. Hoc aũt nullũ h3 remediũ nisi q̃ serent. sic eñ ɔsueuerunt opari marescalli in eq̃s nimis antiq̃s: vt iu uenes appeãt. Et si ppter serraturã incurrãt cõmotionẽ aut dolorẽ. curent sicut dictu3 est in capl'is suis. Auic. tñ dicit q̃ post serraturã ℞ pulvis ex g̃nis lau' ⁊ alũie ⁊ aristologia lõ ga: cum quo fricent sepe dentes.

s Stridor dentiũ in somno fit propter debilitatem lacerto2 mouentiũ maxillas. ⁊ ta lis debilitas stridorem faciens est illis lacertis quasi spasmus ⁊ accidit multis infantibꝰ. ⁊ qñ veniũt ad adolescentiã curãt. Alia causa potest esse vermes in stomacho vl' in intestinis puerorum.

Signa Si fit ppter v̾mes: venit stridor p interpol'oẽs ⁊ cũ h̾ etiã assunt alia signa v̾miũ vt est freq̃ns tactꝰ manibꝰ circa nasum ⁊c. ⁊ curatis v̾mibus recedit stri dor. Si vero non fit ppter vermes diu durat et per menses et annos.

Pronosticatio stridor dentiu3 in somno ɔtinuans nisi succurrat significat apoplexiã aut epilẽ tiam aut spasmũ superuenire.

Curatio Fiãt aliq̃ de remedijs dicı̃ in spasmo ⁊ mũdificetur caput frequẽter cũ ill' q̃ ibi dicta sũt. vl' sic dictũ est in epil'a. ⁊ post vngat collũ ⁊ circa aures ⁊ ra dices mãdibularũ cũ marciatõ solo. vel cum oleo de casto° vel cũ oleo de spica cel'ca vel de iunipo vel de bacc̃ lau' vel cũ oleis calis odo riferis in q̃bꝰ fit stipticitas: vt illa mẽbra cõ fortent. Si v̾o fuerit ppter v̾mes curent: sic dicet in ca. pprio cũ adiutorio dei

s Stupor dentiũ accidit intdũ a cã intrinseca exĩti circa radices eo2 vt est aliq̃ humi ditas põtica siue acris aut stiptica vel fit interdũ ppter hu. vel fumos qui a sto°. vsq3 ad radicẽ dentiũ eleuant qñ stomachus in se cõtinet hu. acetosos. Et in talibꝰ aliquã do accidit dẽtibus q̃si q̃dã titillatio vel ɔge latio ppter imaginationẽ3: sicut qñ hõ videt aliquẽ comedere res acerbas ⁊ fructꝰ virides ⁊ capere pannũ laneũ cũ dẽtibus. Hec tamẽ ɔgelatio est intẽtionalis ⁊ cito recedit. Aliq̃n aũt fit ppter res masticatas vel in ore reten tas vt fructus virides acerbi agresta ⁊ fructꝰ limo^m in quibusdã ⁊ similia.

Curatio scitur p experientiã q̃ por tulaca masticata a tota ppe tate tollit stuporẽ dentiũ. Idem facit se. eius tritũ infusũ in aq̃ ⁊ tepide colluat os. Amigđ masticent aut cũ eis dentes fricent: aut cum nucibus aut auellanis. vel fricent cum nuce indica. vel colluat os cum lacte asine. Alique de istis medicinis coquant cũ vino. ⁊ inde os colluat. Cordumeni bacce lauri aristologia longa squilla assat. vinum calidu3 per se sal et alumen quodlibet per se.

f E difficili origine dẽtium freq̃nt accidit plus pueris vt cũ difficultate ⁊ for tibꝰ acc̃itibus dẽtes exeãt. Aliq̃n etiã tardãt dẽtes ad exitũ vsq3 ad. 3. vl'. 4. an nos. ⁊ h̾ accidit ppt̃ debilitatẽ v̾tutꝫ eo2: vel p pter ipedimẽtũ mãe vt q2 aquosa subtilis ⁊c. Aliq̃n in quibusdã accidit ppter fluxum vel a v̾mibus subripiẽtibus materiã eo2.

Curatio Si est ppt̃ debilitatẽ nature ɔfortet puer cũ reginine re sumptiuo ⁊ ℞ pulmẽtũ đ carnibꝰ auiũ tosta2 vl' đef cũ alijs carnibꝰ cũ medulla pãis ⁊ iure carniũ. ⁊ excitet puer iuꝫ posse ꝭm etatẽ suã3. Et si patit flu^m vẽtris: strigat ille: ⁊ pꝰ fricent gingiue cũ istis infra dicẽdis. pmũ ce^m pdicũ Scđ3 ẽ ce^m lepo2is. Itẽ gigiue puero2 in cu nabul' fricent cũ oleo ⁊ butiro vel axũgia gal line lac canicule cũ sua ppetate iuuat i h̾ ya!

de. Mater aũt pueri dʒ cum digitis suis tangere locũ eminẽtie vbi dens suũ exitũ ĩsinuat suauiter fricando cum rebus dictis inclinando os pueri vt hũiditas saliuaris exteri⁹ fluat

Generatio dentium. Vidi aliquã dentes nasci supra pmos caninos ita φ quatuor nascebantur super primos .2. superius .τ.2. inferius.

Cura istoꝝ est φ eleuent̃ tãφ superflua superaddita in neruo eradicando cũ tenaculis vel cum medicinis. vt est capsula de lacte titimalli cũ pul. esule vel cum pul elli. vel capsula de axũgia ranelarboree τ filiibus. vel ℞ capsula seu epithia cũ epate stellionis. Escarnet̃ ergo dens qui euelli dʒ. deinde emplet̃ mea ad hoc vt ista. ℞. corticis radicis mori pireti. añ. ʒ. j. terant̃ in sole cũ aceto forti: donec fit sic mel τ addito lacte titimalli liniat̃ dens discalciatus. τ vʒ multum vt dr̃ vt dens faciliter extrahat̃. litio tñ ℞. ter in die. Idẽ facit piretm pistatũ post. 12. dies sue pistationis. si stat p vnã horã vel. 2. supra dentẽ. Ideʒ facit radix cucu. asini vel arsenicum cũ aceto hoc forte facit gingiuam corrodendo. succus vrtice cũ galbano añ ptes eqles. Folia ficus pistata τ supra dẽtes τ radices eius emplata frangit dentẽ τ faciliter eradicat τc.

nior grossus τ viscosus in quo potētialiter est terrestreitas aliqualis: τ hͦ licet, pro cā materiali. Tertiū est locus idone⁹ vt talis materia cōtineatur: τ hoc fit in loco cause formalis. nam bm formā datur figura materiato. 4^m. ē sufficiens mora iter agens τ passum. τ ad istā moram multū iuuat meatuū strictura. nam si cōductus sufficiēter ampli existerēt virt⁹ expulsiua nō pmitteret in corpore aliqd pmanere nisi multum ppria succūberet debilitate. nā q̄uis stomachus multā abūdat in humida τ viscosa superfluitate. τ in eo calor ad lapidis gñationē sufficiēs cōpetēter abūdet. τ q̄uis in eo etiam sufficiēs īueniatur cōcauitas: tñ lapis in eo nō gñatur pp amplitudinē meatuū ei⁹. vnde nec sufficienter retinet̄ illa materia ex q̄ cal. īsufficiēter agit in ipsam qꝛ viscosa τ grossa materia in sto° exñs cito per largū expellit̄ foramē: τ p eandē rōnem lapis in itestinis nō generat̄. In renib⁹ aūt τ vesica qꝛ hñt vias strictas τ in eis abūdant superfluitates grosse τ viscose a sanguie residuū corporis nutriēte separate. τ qꝛ in vijs strictis pñt adhere τ in eis longam morā trahere: leuius in ipsis lapides pñt gñari. Si aūt in epate lapis generet̄: hͦ maxime fit post apata quoꝝ subtile ab eius calore est resolutū τ grossuꝫ remanet īduratū τ lapidificatum. ¶ Scōo nō est ignorādum q̄ lꝫ in mulieribus abūdent superfluitates frīe τ hūide τ grosse τ viscose: cū sint cōiter in ocio: qꝛ sunt custodie domus. vt dicit Ga⁹. 2°. de cōplonib⁹ c. 7. τ talib⁹ frequētius accidit lapis: vt dicit Serap. c. ppꝛio tñ in viris lapis accidit sepi⁹ q̄ in mulierib⁹. cā qꝛ ille vie vrinales in eis latiores repiunt̄ τ collū vesice est amplū τ rectū ad vuluam τ via est breuis: τ iō cito exeūt ille superfluitates dicte: q̄uis sint grosse. Secundo qꝛ calor eoꝝ debilior est nec est ita potens in resolōne. Tertio qꝛ habēdo mēstrua bm nām in bona q̄titate τ pportione a multis superfluitatibus euacuātur τ a multis egritudinib⁹ excusantur: vt scribit̄. 2°. de fe. ad Glauconem in ca° de cācro. In viris omnia ista ɔ̄ria īueniuntur ideo τc. nolo tñ ignorare: q̄ mulieres īterdum patiūtur lapides in renibus τ vesica: nō tñ ita frequēter: nec in tot mulieribus sicut in viris. Ego eni vidi mulierē fere. 50. annoꝝ q̄ vrinam retinere nō poterat: y° sicut ɔtinue vrina ad vesicā p poros vritides delegat̄ sic etiā per collū ei⁹ exteri⁹ emittebat̄. Et hͦ accidit qꝛ vnus idoctus cirurgic⁹ abstraxerat sibi duos lapides a vesica incidēdo in collo vesice. in q̄ īcisione īcisit lacertū dictū collū vesice cōstringentē τ erāt illi lapides ad albedinē trahētes τ q̄titas vnius erat sicut ouū colūbi. alr autē sicut ouū carduel'. Ita ergo negandū nō est in mulierū renib⁹ τ vesica lapidē posse generari. ¶ Tertio q̄ritur q̄re vtplimuꝫ in pueris lapis generat̄ in vesica: τ in senib⁹ frequentius in renibus. Dico q̄ pueri hñt virtutē expulsiuā fortem τ expellūt superfluitates a superiorib⁹ ad iferiora. Scōo ēt qꝛ hūores pueroꝝ τ adolescentium sunt subtiliores: q̄ hūores senū. τ iō penetrant p renes sine adherētia. pueri hñt etiā multū calorē in renibus τ amplitudinē viarū cū sint mobiles τ dilatabiles. Calor ēt fort dilatat vias τ liqdā reddit mām τ penetrabilez ideo in renib⁹ eoꝝ nō fit lapis. Sed qꝛ vesica nāliter est fria qꝛ neruosa τ virga virilis etiā fria τ pua: τ cōductus ei⁹ pui τ stricti. iō si ibi fit aliqua mā grossa τ viscosa q̄ in vesica aliq̄liter īgrossatur: non ita libere pōt expelli imo adheret alicui parti vesice τ tñ ibi manet q̄ ide lapis generat̄. τ ad hoc ēt iuuat gulositas eoꝝ τ magnus motus post cibū qui materias crudas τ grossas nō soluꝫ ad vesicam: q̄nimo ad cetera mēbra facit penetrare. vt visum est in causis primitiuis istius ca'. In iuuētute āt istoꝝ vie ample fiūt: τ v̄ga τ meat⁹ ei⁹ crescūt τ ampliantur. τ sic lapis in eis nō generat̄ sicut in pueritia τ īfantia. In senibus aūt totū opp^m repitur: nā ipsi renes hñt fridos ex etate qꝛ ps sequit̄ suū totuꝫ in cōplone qꝛ fritas ēt cōstringit. τ ex alio ēt qꝛ vtplurimū illi q̄ hñt lapidē sunt pingues τ crassi: vt dicit Aui. in. c. proprio τ pꝫ ad experientiā. qꝛ piguedo stringit meat⁹. Hñt etiā multā mām viscosam τ grossam q̄ cōgregat̄ τ adheret in vijs strict renuꝫ: τ fit inde lapis. Et q̄uis vesica senū sit frida τ mā grossa multū τ viscosa: tñ hñt meat⁹ latos in virga pro quib⁹ illa ma^a q̄uis grossa libere pōt pertrāsire. τ sic in vesicis eoꝝ vix aut raro lapis. generat̄. ideo lapides quos emittūt senes vtplimū sunt renales τ rubei. ¶ Quarto querit̄ vtrū lapis generet̄ a calido vel frido. Et vr̄ q̄ cā efficiens lapidis sit fritas. Omne qd dissoluit̄ a calō generat̄ a frio. lapis in corpore hūano dissoluit̄ a calō ergo gñat̄ a frio vel coagulat̄ a frio. ɔña bona τ mior ē aristo. in. 4°. metheo. τ pꝫ de niue τ glacie τ silibus que coagulantur a frio τ dissoluūtur a calido minor pꝫ p autores: qꝛ res calide frangunt lapidē. vt fe. saxifragie τ cinis scorpionū τ filia. ¶ Scōo motus calidi τ motus fridi sunt contrarij. qꝛ mot⁹ calī est a cētro ad circūferentiā qꝛ de ratione calidi est dissoluere τ ampliare.

motus ꝯo frigidi est a circūferētia ad centrū qꝛ de rōne eius est vnire ⁊ cōprimere ⁊ facere subiectū minorē locū occupare: ſꝫ in gn̄atione lapidis fit motꝰ a circūferētia ad centrum. ergo lapis gn̄at a frio. Terᵒ ſilr̄ ē de maiori mūdo ⁊ de minori. ſꝫ in maiori mundo lapis gn̄at a frio. vt pꝫ de grādinibꝰ q̄ gn̄ant in fritate medie regiōis aeris: vt dr̄ in meth. igit̄ ⁊c. Oppᵐ dicūt autores ⁊ expꝛſſe Aui. in. 18. 3ⁱ. in. c. de lapide renū. Pro noticia ꝟitat̄ q̄ōnis p̄mo nota ꝙ calitas hꝫ q̄nqꝫ effectꝰ. Primꝰ ē calefacere Scd̄s est res coagulatas a frido dissoluere ⁊ liq̄facere. sicut dicit Ga. p̄mo de cōplexionibus. c. 5. vbi dicit. qꝛ pinguedo fuit coagulata a frigido eius liq̄factio erit a calido. ⁊ hoc etiā fit in oībus corꝑibus a frido coagulato. ⁊ in isto effectu modicꝰ calor sufficit. Tertius effectus calidi est aꝑire ⁊ rare facere. vt dicit Gal. 2. de cōplexionibus. c. 7. Caliditat̄ eī ꝓꝑetas est aꝑire venas ⁊ dilatare eas. Quartus effectꝰ calidi est resoluere ⁊ ꝯsumere illud qd̄ subtile ē et ꝑtes terrestres vnire ⁊ ad centrū ducere. vt pꝫ in vasis fictilibus coctis ad ignē et in sale facto ab aq̄ fontiū salsoꝝ ꝑ ebullitionē cum igne: ⁊ exalat eī ⁊ ꝯsumit humidū subtile suꝑfluū ꝑ actionē ignis ⁊ restāt ꝑtes terrestres vnite. ¶ Quītus effectꝰ est cōponere et vnire ꝑ siccitatē quā inducit ⁊ ꝑ ꝯsumptionē humidi suꝑflui ⁊ in residuo firmitatē ⁊ constantiaꝫ adhibere. ¶ Nota scd̄o ꝙ calor posset esse tm̄ suꝑfluus ⁊ ꝑ tm̄ tꝑs cōtinuatū ꝙ etiā ꝯsumeret illud humidū qd̄ est cā ꝯtinuatōis partiū terrestriū. nā sine humido viscoso cōtinuante et cōcathenāte nunq̄ ꝑtes terrestres colligarent̄: nec fieret vnū corpus: vt dicit phs in li. de mineralibus. Sicut ex farina nunq̄ fieret panis sine aliquo liq̄re. ⁊ de hoc habemꝰ exēplū de calce q̄ fit de lapidibꝰ ꝑ ꝯsumptionem humidi subalis lapidis ꝑ actionē ignis. Silr̄ etiā de tegula ⁊ de vasis fictilibus q̄bus post ꝑfectā ⁊ nālem indurationē ab igne factaꝫ si amplꝰ igni approximant̄ ꝑ lōgū tꝑis spaciū consumit̄ dicta subalis ⁊ nālis hūiditas que erat cā ꝯtinuatōis ꝑtiū eius. ⁊ sic in puluereꝫ redigunt̄ ⁊ dissoluunt̄. ¶ Tertio ꝓ q̄ōne nota ꝙ Ga. 3. ꝓnost. cōmēto. 38. ibi. Laudabilis ꝯo vomitus. dicit ꝙ fritas ⁊ calitas suꝑflua ingrossam materiā in qua agūt: tū diuersimode quia calitas finit humiditatē et siccat eā. frigiditas aūt congelat eā. etiā vna ⁊ eadē caliditas diuersis modis operat̄ ⁊ contrarijs ſm diuersitatē subiectoꝝ circa que oꝑat̄ vt calor ignis indurat lutū ⁊ liq̄facit cerā. ⁊ vnꝰ ⁊ ideꝫ calor renū superfluus dissoluit pinguedinem circa renes exn̄tē: ⁊ indurat grossaꝫ ⁊ viscosaꝫ māam in ꝯcauitatibus renū q̄escentē ipam in lapidē renū ꝯuertēdo. ¶ Tunc fit ꝯclusio. Cā efficiens lapidū in corꝑe humano est suꝑflua calitas. Ista est de mēte aui. in. 18. 3ⁱ. in ca. de lapide renū. Silr̄ de intētione alioꝝ autorum. Per talē eī caloreꝫ calefit materia grossa et viscosa. ⁊ ꝑ eundē caloreꝫ resoluunt̄ ꝑtes aq̄ et viscose oēs ꝑter illas q̄ sunt necessarie ad cōcathenationē subiecti que remanent fixe. ⁊ ꝑ eundē calorē introducit̄ siccitas ⁊ firmitas et cōstantia ⁊ lapideitas in dicta maꝰia. ¶ Ad p̄mā rōnē qn̄ dr̄: oē quod dissoluit̄ a calido coagulat̄ a frigido. Dico ꝙ Arist. intelligit de dissolutōe q̄ est rarefactio siue cōsumptio humidi subalis. vt pꝫ in pinguedinibus ⁊ cera ⁊ butiro ⁊ glacies q̄ cōgelant̄ a frido ⁊ dissoluūtur a calo. ⁊ hic complet̄ scd̄s effectꝰ caloris. In lapide eī fit dissolutio ⁊ diminutio ꝑ cōsumptionē humiditatis subalis lapidis ꝑtes eius continuant̄. ideo nō valet argumentum ¶ Ad scd̄am qn̄ dr̄. motus calidi ē a centro ⁊c. Dico ꝙ duplex est motus calidi. p̄mus est calefacere ⁊ dilatare. ⁊ iste est a cētro ad circunferentiā. Alius est motꝰ cali q̄ sequit̄ p̄mū in corꝑibus paratis ⁊ dispositis. scꝫ dissoluere ⁊ exalare suꝑfluā humiditatē ⁊ subtilē ⁊ partes grossas terrestres ad centrū ducere ⁊ iducere et iste est a circūferentia ad centrū. ¶ Ad tertiā qn̄ dr̄. simile est de maiori mundo ⁊c. Dico ꝙ nō est simile oīno de humore grosso q̄ est in corꝑe hūano in q̄ imediate ꝯtinua inuenit̄ calitas ⁊ de aq̄ que congelat̄ in aere frio vbi ꝓ tunc ꝯtinue instat fritas ⁊c. ¶ Quīto nota: ꝙ lꝫ humor flāticus coagulet̄ a frigido vt pꝫ de flegmate vitreo. tamē illa coagulatio non pōt esse tāta ꝙ sufficeret ad lapidis generationē. ⁊ ꝓpterea qꝛ flegma illud coagulatur a frigido ꝑ digestiuā calaꝫ dissoluit̄ ⁊ attenuat̄ ¶ Sexto querit̄ a quo hu. lapis magis gn̄et̄. ⁊ videt̄ ꝙ a melia: qꝛ est hu. grossus ⁊ compactus ⁊ citius ab eo pōt resolui subtile ⁊ pōt in lapidē ꝯuerti. Oppoᵐ dicūt autores: q̄a mag generat̄ a flāte grosso q̄ a melia sola ꝓpt̄. 4. p̄mū est: qꝛ cū melia sit de natura terre per se nō est adunabilis vt fiat maᵃ cōpacta. Scd̄m est: qꝛ est in ꝑua q̄ntitate in cōparatiōe ad flā. Terᵐ est: qꝛ nō ita vadit mixta cū sanᵉ ⁊ aquositate q̄ ad nutriendū renes dirigit̄ sicut flā: ſꝫ potiꝰ illa suꝑfluitas melica ad splenē delegat̄ verūtn̄ dico ꝓ me ꝙ si hu. g̉ssus terrenꝰ melicꝰ cum flegmate viscoso cōmiscet̄. ⁊ tales diu ꝑ-

mixti ꝑmanerēt in locis angustis vbi extneus
caloꝛ dn̄aref in renib⁹ vel vesica: vel alibi sine
dubio ad lapidē ꝯuerteref. ¶ Primū motiuū
istius dicti est: q2 in splene vbi marie abūdat
mlīa pōt fieri sclyros ꝛ duritiēs lapidosa sine
apāte vt dicit Aui. in sclyrosi splenis. Scḋm
motiuū meū est dare apā cōpositū ex flāte et
melia. Et posito ꝙ nō veniat ad sanationem
nec pfectā resolutionē. vere tale apā ꝯuertif
in sclyrosim ꝛ lapideitatē. Et tūc nō erit dicē
dū ꝙ talis lapis solū gn̄ef a flāte. Tertiū mo
tiuū: q2 apāta splenis freqn̄f ꝯuertunf in la
pidē: q̄uis sit melica in maioꝛi pte. Quartus
motiuū: q2 p talē modū cōmixtiōis lapides i
viscerib⁹ terre mediāte supioꝛi influētia a qua
infundif forma ꝛ lapideitas gn̄af. Nā qn̄ hu
midū viscosum cōmiscef ꝛ ꝯiūgit ꝛ ꝯcatenat
eas ꝛ retinet. ꝛ sic in lapidē cōuertif ꝛ īduraf
Et h̄ est qḋ dicit Arist. ꝛ Albert⁹ sequēs eū. vt
supius fuit allegatū. Et sic intelligit Cōstan.
in viatico qn̄ dicit ꝙ lapis gn̄af ex hu. visco
so grosso. Gerard⁹ cremonēsis bon⁹ vir glosat
sic. viscoso. i. flātico. grosso. i. melico. ꝛ sic pats
dictū meū esse ꝓbatū. Si ṽo volueris tenere
ꝑmā intētionē post op^m. R̄nde qn̄ dꝛ ꝙ ē hu.
grossus ꝛ cōpactus aptus nat⁹ vt in lapidem
ꝯuertaf. Dico ꝙ verū est: s; nō in tāta q̄titate
nec ita dirigif ad renes vel vesicam sicut flā.
¶ Septimo ī oꝛdine notabiliū sciatis ꝙ post
ꝯfirmationē lapidis vrina appet subtilis ꝛ te
nuis ꝓpter opil'onē. Sed in gn̄atiōe ꝛ anteq̄
cōfirmef vrina est grossa ꝛ turbulēta ꝛ aliq̄lr
arenosa. Cā est videri meo: q2 postq̄ multum
flā in coꝛpibus calculosoꝝ fuit generatus ex
indigōne ꝛ gulositate eoꝝ ꝓcedēte: q2 vtplu^m
sunt gulosi ꝛ mali regiminis vt appet ad expe
rientiā in gn̄atōe talis hu. nōdū fit lapis: sed
post natura volēs se deonerare mittit flegma
et hu. grossum ad loca et vias cōsuetas aliqn̄
ad vomitū: aliqn̄ ad intestina: aliqn̄ ꝛ frequē
tius ad renes ꝛ vesicā vbi qḋ est magꝭ g̅ssus in
lapidē ꝯuertif. reliquū ṽo cū vrina expellif. ꝛ
sic vrīa appet alba turbulēta ī sua suba spissa
ꝓpter cōmixtionē supfluitatū. ¶ Octauo nō
ꝙ si lapis est in vesica ē in pectine ꝛ in regiōe
vesice magn⁹ dol'. ꝛ adest difficultas mingēdi
ꝛ arene apparēt al' in vrīa: ꝛ ṽga erigif de fa
cili: ꝛ lapis est durus ꝛ foꝛtꝭ ꝛ arene nō cedūt
tactui ꝛ scalpūt se in radice ṽge ꝛ vrina appa
ret clara ꝛ aq̄sa q̄ ꝓus fuit arenosa cū arenis
albis. in lapide aūt renū doloꝛ est in renib⁹ et
in pte posterioꝛi in allzati. Et aliqn̄ fit doloꝛ
sil'is colico vt dictū est. q2 vix accidit lapis re
nū sine yliaca vl' colica passione. ꝛ lapis renū
est rubeus mollis ꝛ debilis coagulatōis. ꝛ dꝛ
ꝙ patiēs locū renū freqn̄f scalpit. Et iuxta h̄
nota ꝙ qn̄ arene exeūt sine doloꝛe ꝛ sine lesio
ne: signaf ꝙ mā lapidis euacuaf marie si in
grossa quātitate emittanf. Si aūt in ꝑua q̄ti
tate ꝛ cū difficultate ꝛ lesione ꝛ doloꝛe: signat
lapidē esse confirmatū ꝛ valde modicū ab eo
pōt eliq̄ri. ¶ Nono dubitaf. cū ad largitatem
viarū vrinaliū sequaf grossities vrine: et ad
stricturā earū sequaf tenuitas et⁹ ꝛ subtilitas
vt dictus est in opil'one splenis q̄re pueri h̄nt
vrinā grossam ꝛ spissam in suba. senes autem
tenuē ꝛ subtilē. attn̄ pueri h̄nt strictos meat⁹
senes aūt largos. Ad hoc dico ꝙ spissitudo et
grossicies vrine nō semp ꝯuenit ex naturali
meatuū strictura vel largitate: sed etias a mā
a q̄ descindif ꝛ a caloꝛe vel friditate agēte in
dicta mā. quia g̃ pueri multū h̄nt caloꝛē inna
tū: vt dꝛ ꝑmo amph. ibi et q̄ crescūt plurimus
habēt caloꝛē innatū ꝛc. ꝛ multā nālē humidi
tatē q2 ꝓpinq̄ sunt partui. ꝛ accn̄talem ꝓpter
multā comestionē ꝛ diete inoꝛdinationē. Ha
bent etiā foꝛtē ystimbꝛiā. vt dicit aui. in ꝑmo
can̄. in doctrīa. 3. de cōpl'onibus etatū. Caloꝛ
est mult⁹ agēs in illis h̄uiditatib⁹ digerit eas
et om̄e qḋ digerif ingrossaf vt nōf. 4. metħ.
saltē digōe innata ꝛ innatiui. ꝛ illa supfluitas
descindif a mā digesta humida ꝛ g̅ssa ꝛ spissa
iō vrina in pueris est spissa. Senes aūt q̄uis
h̄eant meat⁹ largos. h̄nt tn̄ caloꝛē debilem ꝛ
digestiuā debilē: ꝛ humoꝛes crudos ex ꝯtiti: ꝛ
om̄e crudū ꝛ īdigestū respectu digestiui ē sub
tilis. vt dic̄ ph̄s ibidē. ꝛ etiā ille debilis caloꝛ
nō potest descindere aliq̄d ab illo indigesto. ꝛ
sic vrina remanet tenuis in senib⁹ ꝓpter aliā
causas. etiā senes h̄nt vrinas tenues ꝛ crudas
sc; quia multū bibūt magꝭ q̄ pueri. ꝛ ille mul
tus potus supfluus extinguit caloꝛem nālem
ꝛ sic vrina remanet in eis alba ꝛ tenuis. Gal'.
eñi in passionaꝭ in libꝛo. 5. ponit multas figu
ras lapidis. Quidā eñi sunt q̄drati vl' triāgla
ti: quidā asperi ꝛ tales sunt mali: q2 in trāsitu
p meat⁹ vel affligunf cū illis āgulis vel aspi
tate. ꝛ sic nō p̄nt transire ꝛ molestāt infirmū
q̄plurimū. vel si trāseūt: vulnerāt et vlcerāt
loca p que trāseūt: ꝛ sic remanet doloꝛ in mē
bꝛo cū vlcere ꝛ sil'r ardoꝛ vrine. Dicit etiā Ga.
ibidem ꝙ ex arenis nō expulsis fiunt lapides
et hoc nō est mirū. Nam si ille arene cōcathe
nanf a materia grossa ꝛ viscosa: ꝛ caloꝛ inten
sus ab ea resoluaf. similiter grossus remanet
desiccatum cum ꝑstinis arenis incoꝛpoꝛatus

¶ Ca^m. 29. de anathomia vesice & passionib^9 ei^9.

Irit Ga^9 primo de inter. c. p^9. d
quod oportet per anathomiam scire vniuscuiusque mebri essentiam qualiter est. Ideo bonum est vt scribantur breuiter anathomie mebrorum quorum passiones pertractare intendimus & in proposito de vesice passione. Dicit aut vesica quasi vas aque. In ipsa eni vrinalis aq continue ɔgregatur. Est aut vesica mebrum paniculosum & neruosum forte multu fm sui tenuitatem tedens ad rotunditatem & est ɔcauum ad vrine retentionem deputatu. Vesica aut in viris est collocata sup intestinum qd vocatur longaon In feminis autem super matricem iacet. & sicut dicit Ga^9. 7. de iuuamentis quasi in fine quarti col'. ad ɔstitutionem ipsius veniunt ab ipsam ab vtroque latere vnus neruus: quorum origo est ex tunica que est in osse lato qd est in fine dorsi. sil'r veniunt ad ipsam vene & arterie q pcedut a venis extesis sup dorsum quaru vna est pulsatilis. ibidem. Ga^9. & sequit. In collo ei^9 sunt copulati duo nerui & due vene non pulsatiles ab vtroque latere. Et sic rarificant & expandun tur & diuidutur in eo. & per istas venas nutritur vesica & collum eius. & istud collum transit anfractuose trib^9 anfractib^9 sub pectine & sub osse femoris. Per tales eni anfractus & reuolutiones facilius retinet vrina. In mulierib^9 ro transitus directe fine eis. & ibi incipit exire sub osse femoris: tuc incipit subtiliari dictum collu. & fit quasi vna via ad modu magne vene. & intrat in copositione virge in viris: & transit per virga fm logum vsque ad extremu ei^9. & per hoc exit vrina: & sic sunt duo foramina in rga virili. vnum qd pcedit a collo vesice: & p istud exit vrina. & aliud qd pcedit avasis spermatiq. & per istud erit sperma. Aliqui dicut quod in virga est tertiu forame per qd erit liqr ille qui in somnijs vel qn vir cu cupiditate tangit muliere. sed d hoc no est multu curandu. Mulier autem no hz viam ita logam: nec collu vesice in eis trasit vltra os femoris: sed ppe foramen vulue terminat. vesica aut hz duas pelliculas que mag sunt spisse versus collum & ibi manifeste apparet quod sint due. & ad pma pelliculam exteriore dirigutur porivritides diagonaliter pcedetes a renib^9. & penetrant pmam pellicula exteriorem. Deinde aliql'r iter duas pelliculas pcedut penetrat scdam pelliculam & sic cadut vrina & arene in vesica exeutes a renibus ad supficiem ɔnexam & ɔcaua. ¶ Ultra hoc hz vesica lacertos in collo strigetes & aperientes ipsam donec fit necesse ipsam vrinam exterius expellere fm hoisvolutate. Utilitas aut vesice e retetio vrine p longa mora: vt no sepe & sepius ad vrinadum surgamus. sicut habentes ardorem vrine vel passione que dr dia ne Qtitas autem eius est quod poterit continere quarta parte vnius loti vel paulo plus. Tela autem vesice vel suba eius fm Ga^m. 5°. de iuuamentis versum fine quiti colu^i. ex filis oib^9 necessarijs ad motus quibus idiget meb^m est cotexta. Nam copposita est ex filis logitudinalibus per quos fit attractio: & ex filis circudatibus fm latitudine per quos fit expulsio cum quibus se exprimit in tempore expulsiois & ex filis pcedetibus diagonaliter & transuersaliter mediantibus quibus fit retetio.

¶ Capl'm. 20^m. de stranguria.

Stud Nomen stranguria coponitur de stringo strigis: & de vrina Et ideo dr hec stranguria quasi strictio vrine vltra voluntate eam expellere voletis. Et dr stranguria. i. stragulatio. & ppie dictu est qz strangulatio idem est qd gule strictio iuxta illud. 2^i. amph. Strangulator & dissolutorum &c. ergo stranguria iuoluntaria & noxia vrine retetio preter nam cum conatu & volutate expellendi eam. Et istud capl'm intitulat Auic. in. 19^a. de difficultate vrine & a Rasi in diuisionibus de retetione vrine cu conatu & angustia scdm aliquos. Et fm Ga^m in passionario sunt tres species seu modi fm quod causa est fortior vel debilior. scz suria dissuria & stranguria. Et de hoc stat versus. Suria nil strangur guttas: dissur quod per horas. Verutame Ga^9 pmo de iteri. c. 1. vbi perfecte loquitur de retentione vrine: non loquitur nisi de straguria. Et 6°. de iterio. c. 5. vbi loquitur de vesica & de costrictione vrine ponit solum straguriam & dissuriam: nullam inter eas faciens dria. Et de suria nullam fecit metionem. Unum ergo pro alio poni pot & de nominib^9 modicu curare debem^9 dumodo intetiones rerum ad morborum locorum que noticiam & cura pertinetes habeamus &c.

Cause Strägurie queda sunt pmitiue. queda aucedetes. queda coiuncte. Primitiue & ab extrinseco accidetes ponuntur a Ga. pmo de iterioribus. c. 1. & 6. de inte. c. 5°. Prima ca pmitiua pot ee ictus vl' pcussio aut ɔquassatio in pithoneon a quo pot vesica vel collu eius inflari vel apari: vt dicit Ga^9. pmo de iteriorib^9. c. 1. Similiter percussio aut casus super ossa dorsi. Sed aliquado ista vrine

cōstrictio nō fit statim: ꝫ post .3[m] diē cū vesica tumescit ⁊ apāt pp ↄculcationē spōdiluꝫ ad eam: cū locū suū dimittāt ⁊ iferi⁹ ↄuertuntur. Ꝟba sunt Ga¹.6. de iter. c.3°. Alia cā pmitiua ē casus vel obuiatio a quo sequitur disruptio vesice a q̄ sanguis defluens ad vesicā ibi coagulatur ⁊ īpedit vrinā exire. vt dicit Ga⁹ ibidēꝫ ⁊c.

¶ Cāe ancedentes ponunt a G°. silr. 6. de int. c.3. ⁊ sunt apata in renib⁹ vel in vijs eoꝝ a q̄bus sanies effusa ad vesicā meatū claudit vrine. silr hūores grossi in venis vel alibi exītes potētes currere ad vesicā ⁊ ei⁹ meatū claudere possibili. ⁊ ēt ad hoc iuuat nimia cibi ⁊ potus acceptio ⁊ īdigestio ⁊ assumptio fructuū ⁊ rerū gnatiuaꝝ hūoꝝ grossoꝝ: de q̄bus facta est mētio in c°. de lapide. Silr mala cōplo frida mortificās ꝟtutē sensitiuā: ⁊ p ↄn̄s expulsiuā aliqñ nō expellit vrina: pp fe. adurētes humiditatē corporis ↄsumētis: ⁊ aliqñ fatui medici laborant in expulsione vrīe que non existit.

¶ Cause ↄiūcte strāgurie. Prima est opilatio meatus p quē dꝫ vrina transire a vesica exterius. Scd̄a cā est defect⁹ vesice nō potentis se lateraliter expuere: mediāte qua expressione fit expulsio vrine ⁊ ista expressio mediante q̄ fit expulsio supflui fit cū vill' latitudinalibus. Debilitas aūt istius expulsiue fit aliqñ a mala cōplone frida: precipue pp etiam nimiam replonem vesice ex vrina. que quidē replo vrine accidit duobus modis: sicut dicit Ga⁹. 6. de inter. c.3. Uno modo ex defectu sensus vesice. q: neruus p quē in ea fit sensus mot⁹ patitur. vnde vesica in somno quā nō sentiebat plenitudine implebatur: ⁊ vesica nimia q̄titate vrine extēsa cā strangurie existit. Hec ille. Uirt⁹ eni expulsiua vesice vel alicui⁹ mēbri nō opat nisi pcepto nocumēto. pmo de iterio. c.1. Alio mō accidit ista replo in sanis: cum aliqua necessitate cogātur vrinā retinere: vt ppter op⁹ aliqđ in quo supple occupātur: aut ppter bonorum hoīm verecūdiā: aut est manēs cū rege vel in loco iudicij: vel in ↄuiuio vn̄ inictum ire verecūdat: quo circa extēsio vesi^e cuꝫ vrina fit cā strāgurie. Ꝟba pcisa sūt Ga¹. 6. de inter. c.3. Aliqñ fit stranguria pp lapideꝫ a renibus vel vesica expulsum ad meatū qui nō pōt trāsire: imo obturat ipsum. Silr humores grossi vrine trāsituꝫ īpediētes. similiter ꝟo caro aut veruca aut aliqua excrescētia in dict locis facta aut creata. vel cicatrix: vt accidit aliquando post micturā sanguīs. silr. apata in vesica precipue in locis vesi^e vel in vijs vrine. Ga⁹ q̄dem pmo de interio. c.1. dicit. ꝙ tripliciter fit opilatio in collo vesice. Unus modus est cum collū vesice tumescit ⁊ īduratur ex nām adeo vt via vrine claudat. Alio° cum ex nām in illo loco nascit aliq̄d vt veruca supflua caro porri ⁊ silia. Tertio cū claudit ex aliq̄ ad eū veniēti. hec ille. Et seq̄t in snīa: ꝙ hūores grossi qñ coadunant in orifi° colli vesice vel lapis vel frustum san. aut saniei ⁊ apa simplex vel cōpositum sunt cāe strāgurie ⁊ spēruꝫ eius ꝟm ꝙ cā est maior vel minor: ītensior vel remissior ⁊c.

Signa strāgurie. Signa egritudinis sunt retētio vrine ex toto cū aggrauatione ⁊ conatu expellēdi. Reliqua autē signa ꝟm positionē causarū sunt īuestiganda. Si ergo fit a causis primitiuis: ex relatiōe pacientis habētur. q: dicit se percussum fuisse vl' casum habuisse ⁊ etiā ex alio. q: ille q̄ pcussus fuit in pithoneon ⁊ vesice regione hꝫ tumoreꝫ ⁊ dolorem in loco pcusso. Et si hūores ad apa ibi aggregentur: adest feb. ⁊ retentio vrine ⁊ breuiter tota regio vesice apparet extēsa ⁊ inflata ⁊ dolens. Si autem est ppter cōculcationem spōdilium accidentē ex casu vl' percussione a qua prouenit strāguria: hoc cognoscitur per dolorem in loco. Et q: signa cōcauitatis ⁊ cōpositionis ad ītra apparēt in fine dorsi: ⁊ si ex tali casu vel percussione rūpitur vena sang. veniens ad vesicam coagulat. ⁊ hoc etiaꝫ scit q: minxit aliquas guttas sang. vel q: pri⁹ añ coagulationem vrinam minxit sanguinolentam. Et dicit Auicē. ꝙ cōgelatio sanguinis in vesica supple qñ est consuetudinaria cognoscitur per citrinitatē coloris ⁊ p pulsus ⁊ anhelitus puitatē ⁊ frequētiam: ⁊ p sudorē frm ⁊ febrem ⁊ rigorē ⁊ nauseam.

¶ Signa cārum añcedentiū si aūt strāguria acciderit pp saniem ab apatibus renum vel meatuū eius hoc scit: q: signa apatis renū que pcesserūt cuꝫ signis eruptionis eius q̄ fuerūt dicta in. c.16. istius q̄nti libri. Si ꝟo strāguria vel difficultas vrine fuerit pp grossiciem hūorum claudētiuꝫ viam vrine hoc scit: q: aliq cū vrīa aliq̄d de illis hūmoribus extramittit: ⁊ in infantulis ēt vrina spissa mingitur. Uel q: est hō senex vel flegmaticus viuens in ocio cū dieta copiosa: maxie si per lōgū tps fuerit vsus cibis grossis ⁊ flegmaticis. ⁊ cū hoc adest priuatio signoruꝫ lapidis renū ⁊ vesice vel apatis erupti vel sanguinis in vrina apparentis: ⁊ cum hoc sentitur grauitas in pectine ⁊ perithoneon: ⁊ in ipsa vesica: ⁊ maxie si in ipsa fit maxima humorum q̄titas congregata. Si ꝟo est propter frigidā cōplonem constringentem vel mortificantem vel

sensum remouentē. hoc scit: q2 diu fuit in loci fridis vel stetit in aq fria. vel q2 p multū tps fuit vsus rebus multū infrigidātib9 aut sumpsit res narcoticas. Silr qn est a calore pz p 9ria istoz. Si aūt strāguria fiat ppter debilitatē sensus: tūc homo nō sentit illud nocumētū quod debet sentire: nec sentit mordicatōes vrine: q2 mēbra sensibilia in sua radice sūt lesa. ¶ Signa causarū 9iunctarū. Si fit ab apate in collo vesice: iā tumefactio 2 opilo assunt 2 fe. 2 signa dicta supi9. Si fit ppter opilōes est ibi retentio cū dolore. Si fiat a debilitate vesice nō potētis a se expellere: 2 fit ppter malam cōplōnē fridā vrina est alba. aliqn grossa aliqn tenuis sm diuersitatē causarū. 2 aū istā stranguriā frequēter surgebat ad mingendū. 2 cū hoc fritas in loco sentit 2 iuuat a calis 2 cognoscit etiā p remotionē signoz alioz. Si fuerit ppter replōne vesice: q2 diu retinuerit vrinā cū volūtate mingēdi: sicut accidit illis q sunt occupati vel q sunt in locis verecūdie. hoc scit p relationem eius. Si vo fit ppter malā complōnē calidā: caltas sentit 2 ardor in vrina. Et si fuerit ppter apa in collo vesice adest dolor 2 retētio vrine. 2 qd migit erit cū mag difficultate: 2 nō pnt mingere nisi stādo et fortiter cōpmēdo 2 adest dolor manifeste i pectine 2 pitoneō. 2 alia signa q dicent in. c. de apate vesice deo adiuuāte. Siqdem fuerit ppter lapidē qui a remb9 ad vesicā desluit pcesserunt signa illius: q2 arene rubee 2 dolor 2 silis colice 2c. Silr de lapide vesice. pz etiā ex alio. q2 si mittat siringa p vesice foramen vel alius radi9 clipsat9 2 subtilis eius lapidis durities tactu inuenit. Si aūt fuerit ppter san. congelatū aliūde venientē: eius signa iā dctā sunt: q2 pus minxit vrinā sanguinolētā 2 dolor fuit sensatus in illo loco a q pcessit. 2 cum hoc si intromittat siringa forte aliqd signum apparebit in capite eius vel frustula aliq exient cū vrina 2 adest puus pulsus 2 citrinitas coloris. pulsus et anhelitus puus 2 frequens cum signis supius dict. Qn aūt est ppter humores sentit grauitas pōdus in vesica 2 regione eius. 2 nō adest dolor nisi ille qui pcedit ab extēsione vesice. q2 cōter sūt frigidi. et tales nō causant dolorē s aggrauationē. Et cuz s si retromittat siringa: aliqd signū appebit in capite eius. vel aliq pticula exiet cū vrina. vl etiā aliqn ante istā horā aliqd de illis humoribus spissis apparuit in fundo vrinalis vt sepe visuz est. Et si fuerit ppter debilitatē expulsiue tunc ex compssione vesice educit vrina facilr qn vna est ppter egritudines fig tur p dolorem pteritū aut psitez 2 p signa egritudinū eoz supius iam recitata.

Judicia in strāguria. Primo dic Auic. 2 pz ad expientiā: q oēs spēs opilonis vesice que accidūt in ipa vel p coartationē sunt cū dolore. 2 sunt etiā cuz timore et suspēsione. ¶ Scdo dicit Auic. q strāguria ppter sanguinē congelatū 2 retentū in orifi9 vesice cū qua adest citrinitas coloris cū paruitate 2 frequētia pulsus 2 anhelit9 et sudore frigido 2 fe. 2 rigore 2 nausea. oīa ista sūt mortalia. 2 ego dico q a quacūq3 causa in retētione vrine ista prouenīant sunt pessima signa 2 mortalia. ¶ Tertio veruca vel caro causans stranguriā. Si est in via q est ab epate ad renes vel in viis renū vl in poris vrtidibus nō recipit curationē 2 nō medicat nisi cum tinaet emplastris lenificantibus. Illa aūt que est in meatu vge quādoq3 egredit cū his q mingere faciunt. vt dicit Rab in diuis. ¶ Quarto renibus saniē habētibus strangurīa accidit. 5. amph. amph. 59. et iste ampho. solet poni in cauda amph. in ano flegmones 2c. Et in isto cōmento sequit. Cum ergo in renibus coaduat materia putrida necesse est p vesicā effluat ad quā pueniēs eam pungit: cogit commouet vt p eam expellat. ibidez. ¶ Quito in ano et in matrice flegmonē patiēti strāguria accidit alio etiā loco allegato. 2 hic stranguria capitur p parua 2 sepissima mictura vt patet p Galienū in cōmento primo. Sic etiā accipit Ga. 6. amph. cōmento pmo. ¶ Septimo iudicat ypo. 3. ampho. ampho. ij. in sententia. frequens sufflatio venti borealis facit dissuriaz. Et causa dat a Galieno in cōmento sic. Dissurie vo ex passionibus vesicarū sunt. cum enīz vesica frida sicca sit 2 sine sang9 plus patit q aliquod membrū ex fritate accidentiū. verba sunt Galieni ibidem.

Cura Strangurie dissurie et paucitatis vrine et difficultatis eius. Posito igit q strictio v. ne fiat a causis pmitiuis. s. q ceciderit vl a casu vel pcussione vel obuiauerit alicui re dure. pmo fiat flōmia de basilica. post vngat locus cū oleo ros 2 vnfancio mixtis cū modico aceti 2 supspergat cū pul. sand. ru. et ros. 2 mirtilloz. aā. ʒ. j. 2 si tūc nō remouet dolor imo crescit: 2 incipiūt appere signa apatis scz fe. tumor 2 dolor tūc ē signū q a causis pmitiuis veniūt afitres. 2 ab anceditibus 2 pmitiuis veniūt 9iuncte per dependentiā. 2 tunc flōmet de sophe^a. post si venter

est cõstipatus soluat cũ clisteri mollificatiuo τ abstineat a cibo duob⁹ dieb⁹ ƀm Aui. et post vtat dieta tenui τ regat vt febricitãs. deide fomentet locus ƀm doctrinã ga. i. de inte. q̃si ad vnũ col'. cũ aqua cala vel tepida. Deinde vngat cũ oleo viol. τ camo. tepidis. τ ista debent ɔtinuari p. 4. horas. vt dicit Ga. ibidem ɔñr infirm⁹ exprimat se ad mingẽdũ τ aliquis vel ipe infirmus comprimat cũ manu suauiter vesicã inflatã a supiori pte v̾sus v̾gam. et hoc faciebat Ga. ɔtinuãdo vnctionẽ τ ẽbrocatõez donec dolor mitiget τ pat. mingat vel decoquat in aq camo. mellilo^m τ folia napi τ malue τ violarie τ se. lini cum spõgia vel filtro ƀ euapatio vel vesica bouis hac decoctõe semiplena pectini vna τ altera pithoneõ apponat Si v̾o foret magna replõ posset leuit purgari cũ lenitiuis. τ breuit fiant illa q̃ dicent in c. de apãte vesice. Et ƀ balneum ab vmbelico infra de reb⁹ mollificatiuis τ anodinis supra dictis: q̃bus addat radix altee cepe pori τ caules. ex q̃bus oibus vel aliq̃bus potest fieri emplastrũ ad mitigandũ τ mollificãdũ cũ butiro τ oleo camo. τ viol. τ extẽdat in sarabell' vl' in pãno cõdecenti τ pectini τ pitoneõ applicetur mentulã p foramẽ ei dimittẽdo. et in isto apomazo'nec siringa nec radius vel argalia i pñ^o est immittẽda: timẽdo dolorem et apatis augmẽtationẽ vt dicit Ga. ibidẽ τc. ¶ A sanie si fiat strãguria vrine q̃ in meatu vel in collo vesice se interponit τ vrinã retinet. Primo remoueat a'collo vesice eleuãdo pedes τ ãchas infirmi altius vẽtre: sicut fuit dictũ in ca. de lapide. τ post si adhuc nõ mingit: mittat p foramẽ v̾ge radius vel siringa ƀm modũ dictũ in ca. de lapide. ita φ ab illo foramine vl' meatu expellat. ɔñter dent diuretica q̃ mixta cum vrina τ sanie aliqual'r ipam subtiliãt τ exire faciũt. τ aqua rafani vtriusq̃ τ aq̃ crete marine τ calcatrape vz in hoc casu sumpte p os et cum siringa iniecte. slr τ alia diuretica superius iã dicta. ¶ Ab humorib⁹ g̃ssis vrina impedita curat sicut modo dictũ est de sanie adiũgendo digõnẽ eoꝝ cũ oximelle sq̃llitico vl' diuretico τ purgationẽ eoꝝ cũ turbith τ agarico vel cũ bñdicta hermodactilata et diaturbith. Et in isto casu τ sup̃dicto vz regi^m subtiliati^m τ assumptio istius pul. ƀ. semis dauci se. pet^o macedonici ãn. ʒ. ij. hermodactil. ʒ. iij. ƀ pul' detur. ʒ. j. cum aliqua de aquis sup̃dictis. Valet etiã surfur tritici coctũ cũ oleo nucũ τ sacellatũ τ valẽt diuretica dicta in. c. de lapide. ¶ A sanguine coagulato si fiat strãguria vel dissuria q̃ cõsueuit pus exire a renib⁹ vel vesica vl' ab alijs locis cũ vrina. tũc ƀ flõmia de basi^a. et in crastinũ de sophena τ sistat talis fluxus sang. dãdo trociscos de terra sigillata dictos in. c. de emopthoica passione. Tũc veniẽdo ad egritudinẽ mittat argalia vel siringa puncta oleo p foramẽ v̾ge donec transeat ad vesicaz. tũc extrahat. τ tũc pat. iacẽs sup dorsum exprimat se τ mingat. τ postφ fuerim⁹ securi a fluxu san. ad vesicã: diuretica τ lapidẽ frãgentia mistrent supius τ p siringã immittat: vt ille sanguis vel hũores dissoluant vel etiã sanies si ibi fuerit. ¶ In isto casu τ alijs duobus sup dictis vz balneũ ab vmbelico inferius i aqua decoctõis fen' τ petro. τ vtriusq̃ seneciõis τ raď altee. τ se. lini τ folioꝝ napi τ camo. τ melliloti τ dauci τ pitarie τ poroꝝ τ cauliũ. Dent etiã p os illa q̃ lapidẽ cõminuere et frangere cõsueuerũt. Nam dicit Aui. in. 19. 3ⁱ. trac. p^o φ cura san. coagulati in vesica est cura lapidis. Et dicit ibidẽ φ aliq̃n est cura sufficiẽs potare sirupũ acetosum cal' vel oximel diureticũ vel sq̃lliticũ cũ aliquãtulo cineris facti ex ligfici. vel si ei aliq̃ diuretica misceant. nã in oximelle diuretico est acetũ q̃d est incisiuũ τ ẽ ibi mel q̃d est abstersiuũ. ¶ Et sunt ibi alia q̃ sanguinẽ τ hu. grossum τ saniẽ subtiliant τ cum vrina foris expellũt: cũ sint diuretica. Coagulũ leporis distempatũ cũ aq̃ rafani τ imissuz per siringã dissoluit res in vesica coagulatas Itẽ. ʒ. ij. carpobalsami date cũ aq̃s diureticis valẽt. Sil'r ista q̃ sequunt in eadẽ q̃ntita^e ƀm aui. lignũ penonie τ g̃na eius blacce bisancie aureũ. i. cordumeni. Sil'r ƀ sauine assefetid. gũmi armo^ci rubee tinctoꝝ. ãn. ʒ. v. ƀ pille cũ aqua rafani. det. ʒ. j. cũ aqua apitiua radicũ apitiuarũ. Agaricus τ siseleos debite p̄parati cũ succo saxifrage facta residẽtia iniecti p sirigã vz multũ. Sil'r duo aurei assefetide τ tãtũ dẽ aristo. lõg. ƀ pul. τ det. ʒ. j. cũ aqua cicerũ ru. vel nigroꝝ τ petro. τ spice¹. vel inijciatur p siringã. vz etiã lexiuiũ factũ ex cinere lini fic^i et aq̃ cineris vitis. ¶ A lapide v̾o si fiat strãnguria ƀ reme^a. statiz dicta. τ recurrat ad ca^m q̃d est ante istud curãdo lapidẽ vel trãspõnẽdo ipm curabit egri^o. ¶ Ab insensibilitate vesice τ debilitate sensus ei⁹ si fuerit tũc vngat allzatim τ regio vesice τ pitoneon cũ oleo castorei τ marciaton τ oleo nucis indice et oleo nardio τ costio. valẽt etiã in isto casu me^e bezeraice q̃ sunt ɔ venenũ: sicut tiriaca metrida^m p̄cipue ille in q̃bus intrat lapis bezahar. et si ne dubio lapis pboꝝ int' p̄prietates optimas

ꝛ opatiões q̃s ꝑfecit in corꝑe hũano hꝫ ꝓprietatē frangēdi lapidē in renib⁹ ꝛ vesica ꝛ mundificādi vtrũqꝫ vt dicit Beriēſis. vꝫ etiã oleũ de lilio ꝛ oleũ de narciſco ꝛ oleũ de cc° ꝛ oleũ ſambucinũ. vñ ſambucus idē est qḋ geſemini cũ iſtis polief ꝛ aliq̃ quãtitas intra veſicã cũ ſiringa iniiciaf. oleũ aũt balſami vꝫ ꝓpe. ēpl'a ex ruta ꝛ pulegio herbe paliſis ꝛ ſaluie ꝛ cicute et ſe. eius ꝛ ſe. ru. ꝛ ex ſilib⁹. ¶ A replōne veſice nimia: q2 diu retinuerit vrinã. tunc veſica nõ pōt ſe lateral'r exp̃mere nec vrinã expellere in iſto caſu ſuauiter tacta modicum veſica cũ manu eſt exp̃mēda ꝛ cõp̃mēda vngēdo cũ oleo cal'o viol'. ꝛ camo. ꝛ iterũ cõp̃maf donec vrina egrediaf ꝛ denuo veſice regio ꝛ pitoneon ex reb⁹ mollificatiuis erit epithimãda vt eſt malua et radix leuiſti ſe. lini fenug' yppia florē gerēs albũ. ꝛ ſi p̃ iſta vrina ſtrãgurie nõ vꝫ ad dñam ſiringã eſt recurrēdũ ꝑparatã: ſic docet Albulzaß. et ceteri medicine opifices.

¶ Siringa aũt eſt inſtr̃m ſicut cliſtere ſed eſt ꝑuũ ꝛ cõiter fit de argēto ꝛ p̃ ꝑtē ſupiorēꝫ vbi eſt latior ꝛ vbi manica alligaf intromitratur filũ duplicatũ donec exeat ad aliã partem. et floſculus lane cũ coto fortiter cum fili extre°. ligef. deinde cũ alia extremitate intra canulã ꝑge trahaf. ꝛ ſi aliq̃d de dicta lana vl' coto ſuꝑfluit cũ forpicibus abſcindaf ꝛ p̃ñr oleo puncta p̃ ꝑge canalē vſqꝫ ad veſicã õlegef ꝛ equo cuſpide eius vbi eſt lana ſenſeris penetrare filum p̃ alterã partem paulatĩꝫ trahe. ꝛ ſic operando ſequef vrina cotũ vel lanã ex nc̃citate al's eēt ibi dare vacuũꝫ: qḋ nimis abhorref a natura ĩtm̃ q̃ nũq̃ fuit nec erit nāl'r loquēdo 4. Phiſ. Hec eſt forma cãnule ſiringe ꝛ poteſt fieri de auro vl' argēto vl' auricalco ꝛ de eiſdē metallis pōt fieri radius ꝛ non erit pforatus ſm longũꝫ ſꝫ erit magis gcile ꝛ bene politum.

¶ Ad impellēdũ lapidē ab orificio veſice vel aliq̃ alia ſi ibi ſint exitũ vrine impedientia ad iſtã formã ꝑus dictã ꝛ magis minutã iſta inſtrumēta imitti dñt poſt vnctõeſ ꝛ balnea herbarũ ſup̃dictarũ. in iſto caſu caueãt a cibo et potu maxime apitiuo. qñ aũt aliq̃d in veſica volueris mittere filũ ꝛ floſculos total'r ãmoueanf. ¶ A congelatione vel humorꝫ groſſitie ſi vrina impediatur: fiat illa cura q̃ fit in ſan° coagulato vel cõgelato: ꝛ minuaf cibus ꝛ potus et emplaſtrenf loca illa cũ herbis calidis apitiuis. et ponaf in balneo herbarũ diureticarum. ꝛ fiant embrocatões cuꝫ eis ꝛ fiat hoc empl'm. ℞. radicis achori et enule campane ꝛ apij ꝛ petro et pentafilon cum coto aã. ℥. j. fimi columbini. p. ij. ſe. ſinapi. ʒ. ij. rute pulegij ſiccorꝫ camo. aã. ʒ. j. conquaſſenf ꝛ frigant in oleo camo. ꝛ cal'm in dictis ꝑtib⁹ emplaſtref.

¶ Empl'm auič. valēs in iſto caſu ꝛ in ſanguine coagulato ꝛ eſt expertum vt ipſe dicit. ℞. baccarum lauri alũis amomi mellilotí farine cicerũ nigrorum camo. aã. ʒ. x. ſe. dauci. ſe. raſani ꝛ apij ortolani ꝛ mõtani. aã. ʒ. vij. fiat empl'm cum oleo balſami vl' ſcorpionũ: vel ſaltē cuꝫ oleo de lilio ꝛ aqua cauliũ aqua allzelzengi ꝛ vinũ in quo ponitur allzelzengi cũ ſe. ſuo rubeo tempore vindemiarũ valet ꝛ nõ queras aliam medicinam in mũdificatione renũ et veſice ꝛ in ꝑſeruatõe a lapideitate ꝛ arenoſitate ꝛ humoroſitate. ¶ Vnguētũ ad idē. ℞. ſe. rapini bdellij oppoponaq̃. aã. ʒ. ij. remollianf in vino calido ꝛ addaf cera ꝛ oleũ ꝛ adeps anſeris ꝛ anaẛ. aã. ʒ. j. et f. ſ. vnguentũ q̃ partes ſup̃dicte frequēter vnganf ꝛ pannis cal'is ad iũctis in cal'itate actuali detineanf. h̃ vnguētũ valet ad opilationē ex humorib⁹ vel harenis ꝛ contra frigiditatē q̃ ſunt cauſe ꝯſtrictionis vrine. Oleum aũt ſcorpionũ ꝛ nardinũ ꝛ muſcatellinũ nõ obliuiſcanf q̃n per ſiringam iniiciant ad cõminuendũ illa q̃ in veſica retinenf: quia aut calefaciēdo et humectãdo illa contenta diſſoluũt aut diſſoluta lubricare faciũt ꝛ exire. ¶ A veruca vl' excreſcētia nata in viis vrine ſi fuerit ſtranguria fiat balneum ex rebus mollificatiuis. ꝛ fiant empl'a ꝛ olea adiũgant mollificatiua. ꝛ balnea ex reb⁹ mollificatiuis ſumme valēt in iſto caſu: immo aliud remediũ nõ habef: q2 omni operi medi° talis excreſcētia ꝯdictoria reputaf cũ nec viſui nec tactui imediate nec auditui poſſit aliq̃ modo ꝑſtari. Iſta empl'a etiã talia balnea meatus dilatabũt ꝛ facilius vrĩa expellit vt dič Raß Et tunc denf vrinã ꝑuocãtia. Dicit eñ Raß in lib. diuiſionũ q̃ in pluribus modis difficultatis vrine cõfert introit⁹ in aq̃ calida in qua decocta ſint folia cauliũ humida ꝛ carthamũ et fenugrecũ et rubea tinctorꝫ et emplaſtrata ex eis ſup pectinē et allzatim. ¶ A frigore ꝯo ſi fuerit ſtrãguria vnganf loca ſup̃dicta cum oleis ꝛ vnguētis cal'is vt eſt oleum de lilio et oleũ nardinũ ꝛ ſambucinũ ꝛ oleũ rute. vnguētũ marciaton dialtea agrippa ꝛ cũ oleis calidis emplaſtref. ¶ A cal'itate ſi fuerit vngatur ex cõſilio Aui. cũ oleis tempatis et cum oleis frigidis in quibus eſt lenificatio vt eſt oleum viol'. ꝛ oleum de cucurbita. Et ſil'r quãdo ſiccitas ibi reperif denf etiã cibi ꝛ potus hũectatiui. A paliſi vel ſpaſmo ſi fiat ſtranguria fiat

sicut dictū est ab insensibilitate ⁊ fiat sicut di ctū est in.c.de paralisi et i.c.de spasmo. ¶ In fantibus aūt si venerit straguria ⁊ fuerint la ctātes offerant̄ diuretica cū lacte ⁊ illa eadez nutricibus mistreut̄. alleū tritū ⁊ dissolutum cū aqua raphani vel aqua petro. ⁊ vʒ in ꝓuo catione vrine eoꝝ. silr cū radio multū subtilr tentet̄ si in virga vel eius aditu sit lapis aut humo. ⁊ sic a foramine amoueat̄ vl' trāsporte tur. ¶ Medicina fortiter diuretica et est aui. ca. filii. ℞. sauine azari. se. petro ⁊ apij amomi ameos radicis rubee tinctoꝝ amigo ama. spi ce aā.ʒ.xx. se. melonū.ʒ.x. corpoꝝ cātaridaruz remotis capitibus et alis.ʒ.j. armoniaci.ʒ.j. dissoluat̄ armoniacū cū aq̄ raphani. ⁊ fi pill'e a.ʒ.j. vsq̄ ad.ʒ.iij. vesice damule.ʒ.iij. exficca te date cū vino habēt ꝓprietatē ꝓuocandi vri nam. Cancri marini adusti.ʒ.ij. cū vino vʒ in stranguria puerorum. Aui. hec. Rab vero in 10. expimēto pmi ca' expimentoꝝ. Decoc° ca rui ⁊ se apij ꝓuocat vrinā fortiter et subtiliat humores grossos. In.12. expimēto pmi capli ponit has pillas. ℞. azari se. fen' rubee tictoꝝ costi i saturegie ysopi sicce. aā.ʒ.iij. puluerizet̄ et fiāt ex eis pill'. def.ʒ.j. cū aqua decoctōis fenicli ⁊ an'. ℞. yris camedreos fu. se. fen' an' apij azari aā.ʒ.ij. cinamomi amomi carui ʒʒ' floꝝ cinamomi aā.ʒ.j. sticados gētiane maru bij aā.ʒ.ij. puluerizent̄ ⁊ pficiant̄ cū decoctōe azari ⁊ squinan' ⁊ marar̄ri ⁊ fiāt pille def.ʒ.j cū aqua decoctōis floꝝ camo. ⁊ spice. Et non est filis medicina in ꝓuocando vrinā ⁊ subti liando humores ⁊ apiendo opil'ones ⁊ cōfor tando ⁊ tempando stomachū frigidū. Rasis in pmo caplo expimentoꝝ. ⁊ iō tolit dolores colicos q̄ veniūt ꝓpter passiones renū ⁊ vesi ce ⁊c. ℞. spice cel^{ce} se. cucu. lacce rubee tincto rum. aā.ʒ.iij. mirabil'r ꝓuocat vrinam ⁊ valet strangurie. Et ponit̄ a Rab.ʒ.c. expimentoꝝ. ¶ Confectio medicamis qō ponit Rab.9. Al manf. dissoluēs sanguinē aut pus in vesica. ℞. cordume' mirre rubbe tinctorū se. iuniperi armōiaci assefetide aā.ʒ.ij. Armoniacū dissol uat̄ cū aqua raphani ⁊ cū eo alie medicine in corporent̄ ⁊ fiāt pill'e dent̄ q̄ter in die q̄titas scʒ a.ʒ.b. vsq̄ ad. j. cū aqua apitiua de semini bus ⁊ radicibus apitiuis ⁊ diuretiq̄. Confec° Rab. in.c.4. expimentoꝝ q̄ purgat matricez mulierū ⁊ dissoluit vētositates ⁊ ꝓuocat men strua ⁊ vrinā. ℞. ameos floꝝ harmel. i. cicute azari floꝝ camo. se. fen' gētiane spice' sq̄nanti camepitheos camedreos an' rubee tinctoꝝ. aā.ʒ.x. coquant̄ in. ℔.4. aque vsq̄ ad. ℔.j. et cū aliqua parte istius def.ʒ.j. gūi armoniaci lens intētionē. ℞. aristo. rotunde lacce rute gētiane meu fu. spice' costi. aā.ʒ.j. mell' quod sufficit. fi ad modū opiate. dent̄.ʒ.iij. cū aqua decoctōis sauine ysopi ⁊ saturegie vel cū aq̄ raphani vel crete marine. ¶ Rab in hoc capl expimentoꝝ suoꝝ ponit has pillas q̄ valent ad lapidē renū ⁊ vesice ⁊ apiunt opilōnes ⁊ expellūt feces ⁊ vrinā ⁊ est expertū fm ipsum ℞. capilli ve. cineris scorpionū gētiane vitri cōbusti. lapiō iudaici se. cucu. ⁊ cucur. an'. raō lilij celestis aā. ptes equales. fi pill'e cū aqua decoctōis camo. ⁊ mellilioti.ʒ.j. vel.ʒ.j. ⁊ b. est dof. vsq̄ ad.ʒ.ij. et b. ⁊ dent̄ cū aq̄ decoctōis agarici. Cimices ⁊ pediculi positi in forami ne virge faciunt mingere. Axūgia cuniculi mi tum valet in ꝓuocatōe vrine. Musa enea dr valere in omni difficultate vrine q̄ magnas operat̄ dissolutionem in causis vesice. Herbe noiande cocte in vino ⁊ ēplastrate in pectine et pitoneon ⁊ allzatim ⁊ renes valēt ad disso lutionē humoꝝ ⁊ rerū impedientiū exitū vrie post vnctionē cū oleo laurino vel scorpionuz vel saltim cū oleo camo. Senecio aq̄ticus et campestris pitaria leusticus pet° macedoni cū qō multū crescit sup muros ciuitat̄ aquen sis pet° domestici apiū saxifraga pimpinella ex istis fi balneū pti^{e} ⁊ empl'm in loq̄ supdict ¶ In isto casu vʒ benedicta hermodactilata. Nam vt dicit Gerardus de cremona hermo dactili faciunt mingere arenam et lapidem et saniem et de omni humore coagulato vesi cam mundificant ⁊ renes.

Declaratio in straguria ⁊ dissuria ⁊ suria. Notādū q̄ q̄uis Ga. pmo de inte. c.1. et. 6. de inte. c.3. nō faciat mētionē nisi de straguria ⁊ dissuria. tñ in.3. li bro passionarij ponit illas tres spēs supradi ctas scʒ suriā stranguriā ⁊ dissuriā. ⁊ locus ab auctē nō tenet negatiue. iō nos facimus men tione sequēdo Ga. ⁊ alios autores medicine. Intelligendū etiā est q̄ Gal'. in locis allegad et in.5. amph. cōmento. 59. aliq̄n vnum ꝓ alio Nam in dicto cōmento noiat stranguriā ꝑuā ⁊ sepissimā micturā siue sit a defectiōe v̄tutis ꝯtentiue in vesica siue sit ex acuta vrina. siue illa cōtentiua deficiat ꝓpter malā cōplonem vel ꝓpter apostema vel ex acuitate vrine que acuitur ꝓpter passiones renum aut ꝓpter hu mores commixtos cum vrina siue colamentū san. et alioꝝ humoꝝ. qui descendentes ad re nes ipam vrinam acuūt. vt dicit in cōmento

eodem. Sic et sumit Ga⁹.6.amph. cõmento pmo in istis locis vocat Ga⁹ stranguriã illud q̃ Ras vocat ardorẽ vrine. ideo vnũ pro alio frequẽter capitur. ¶ Secundo notandum sm Serap. q̃ ista parua ⁊ sepissima mictura quã vocat G⁹ stranguriam ⁊ Serapio distillationẽ vrine. Si cum ista difficultate vrine est dolor tũc nõ fit nisi aut pp̃ter apostema qđ est in vesica vel in collo eius: aut propter excoriationẽ saniei aut pp̃ter vlcus aut pp̃ter maliciã complexionis: aut pp vẽtositem īflatiuã ⁊ grossaʒ. Et si ista pua ⁊ sepissima mictura quaʒ ypo. ⁊ Ga⁹ in locis allegatis vocant stranguriam nõ fit cum dolore hoc fit aut pp̃ter debilitatem virtutis expulsiue ipsius vesice: aut pp̃ter diminutionem sensus vesice aũt pp malã cõplõnem friaʒ. Et in oibus istis ẽ tensio in vesica. ¶ Tertio nota q̃ vẽtositas retẽta in itestinis est aliquando cã strangurie vt tactũ est in notabili imediate dcõ auctoritate Serap. ⁊ modus est iste. Nam vt dictuʒ fuit in anathomia vesice: vesica in viris collocata est sup intestinum ⁊ in mulieribus supra matricẽ. Si ergo in intestino recto coartẽtur feces dure vento sitates retẽte nõ poterunt exire imo vtrecq̃ cõprimunt collũ vesice ⁊ sic causabit parua ⁊ sepissima mictura cũ frequẽti conatu. Et in hoc põt intellectus cognoscere q̃tuʒ prodest fecũ ⁊ vẽtositatum expulsio ⁊ ɔ̃sumatio siue ɔ̃sumptio: nam frequẽter visum est q̃ in expulsione quibusdam earum cũ enematibus oportunis ventositas eijciebatur ⁊ consequẽter aqua p suos canales libere decurrebat. ¶ Quarto notãdũ q̃ nõ ois paucitas vrine est vocãda stranguria qz aliquando mittitur vrina nãliter in parua q̃titate. Primo quãdo aliq̃s habet fe. adurentem ⁊ modicum aut nihil potat qz caliditas cõsumit qđ exire debebat. Secũdo modo quando infirmus multũ egerit vt in fluxu ventris maxime lienterico vel diar^co nã cuʒ egestionibus foris emittitur qđ ad epar consueuerat penetrare. Tertio mõ quãdo homo multuʒ sudat pp̃ter eandem cãm. Sic enĩ se habẽt euacuationes adinuicem q̃ vna alteram minuit. Unde ypo. Urina multa facta noctu modicuʒ secessũ sigt ⁊ ecõuerso amph. vltio ptĩcle. 5^e. ¶ Quĩto querit q̃re isufflatio vẽti borealis p uocat vrinã cũ sit fridus ⁊ siccus ⁊ ipsã poti⁹ strĩgere debuisset q̃ facere fluere. Dicat q̃ boreas diuratiue isufflans pu cat vrinã ⁊ stringit ventrẽ. Causa pmi dat a Ga⁹ 3° amph. cõmento. 6. ibi. Austrini flatus ⁊c. qz iste ventus frigidus ⁊ siccus ⁊ vesica similiter ⁊ ideo cito patitur a frigido et sicco. Alia causa sequitur ex ista: qz frigiditas istius venti cõprimit ⁊ cõstringit vesicã que expressa ⁊ cõstricta expellit illud quod in ea cõtinetur: ⁊ sic facit fieri frequentẽ micturã et in parua quantitate immo etiam ratione velocis ⁊ frequentis transitus nocet vesice: quia vrina iterũ et modo iterum transiens ratiõe acuitatis abradit ⁊ stimulat loca per que transit propter quod dicit ibideʒ ypo. q̃ boreas facit ventres duros ⁊ dissuriaʒ que est frequens mictura in parua quantitate ista enim per experientiã patefiunt. Ad rationem ⁊ per ista dicimus q̃ boreas cõstringit vesicam ad expellenduʒ vrinam. Uias autem vrinales stringere non potest quia eas attingere non valet: etiã quia sunt late. Causa aũt secunda quando dicitur q̃ boreas stringit vẽtrem datur a Galieno cõmento vltimo allegato. quia in flatu talis venti sicci corpora desiccantur quantuʒ ad exterius sic etiam habʒ littera Ga⁹ primo de complexiõibus capitulo pmo quia ventus septẽtrionalis desiccat oĩa quibus aduenit vel obuiat cum sit frigidus et siccus. hec ille. Et ideo plus de humiditate ciborum necesse est vt attrahatur et etiaʒ necesse est vt feces in ventre diutius morentur propter suam siccitatẽ. Ueruntamen si tantũ sufflet vt penetret corpora rara et naturalem debilitet calorem et contentinã nature digestionem perturbabit ⁊ sic egestiões actualiter humectabit. ¶ Sexto queritur quare difficultas mingendi vel stranguria magis accidit vesica stante plena q̃ semplena: ⁊ videtur q̃ cõtrariuʒ deberet esse: quia q̃tũ membrũ magis repletur magis sentit suã repletioneʒ: ⁊ q̃to magis ipsam sentit et citius ipsaʒ conatur expellere vt aliq̃s pʒ in sto⁹ in nauseatiua satietate vl̃ repletione per supius ⁊ in intestinis post pfectã digõem. Ad hoc dicendũ q̃ nimia replõ vesice est cã strangurie vt supius dictũ ẽ ⁊ autores isinuãt: sʒ quõ hoc fit scias q̃ ad colluʒ vesice veniũt duo nerui orientes a tunica q̃ est sup os latũ in fine dorsi qđ arabice vocatur al lzatim ex vtroq̃ latere vnuʒ ex quib⁹ cũ carne et alijs fiunt duo lacerti ad stringendũ ⁊ aperiendũ collũ vesice: ⁊ cũ hoc fiunt ibi villi latitudinales pcedentes a dict̃ neruis p quos fit expulsio cũ quib⁹ virtus expulsiua se exprimit in tempore necessitatis. Nũc autẽ qñ vesica ẽ nimis plena expulsiua nõ se põt iuuare istis villis ad expellẽdũ: qz sunt nimis tensi rõne plenitudinis vesice. ⁊ p ɔ̃ns nõ se põt iuuare neruis nec lacertis a q̃b⁹ procedũt: ⁊ tũc lacertus

impedit⁹ mediante tensione villoꝝ non pñt se relaxare: iō vrina retinet. Et tūc ad rōnem qñ dicitur ꝙ mēbrum quāto magis plenū ē magis sentit ꝛc. dico ꝙ ꝙuis mēbrū sentiat suaꝫ replōnem tñ nō potest se exprimere nec virtus expulsiua vesice que est mēbrum organi cum suis cōsimilibus mēbris se potest iuuare ꝛ sic fit stranguria ꝛc. ¶ Septimo sciēduꝫ ẜm Gordonium ꝙ axūgia cuniculi ꝛ pellis eius si super pectinem ꝛ virgam ꝛ vesicam applicetur prouocat vrinam idem facit litontripon electuariuꝫ ducis sed qꝛ sunt medicine fortes cū eis diaprunis misceatur.

¶ Capitulum. 21. de diabete.

D

